- 248 Si Dominus dat sapientiam, et a facie ipsius oriatur cognitio et prudentia : item si per Spiritum alii datur sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ, quomodo exprobrat Dominus discipulis illud : *Adhuc et vos sine intelligentia estis*<sup>7</sup> : et qua ratione Apostolus quosdam accuset velut imprudentes.
- 249 Quid sit sanctum, et quid sit justum.
- 250 Quomodo det quis sanctum canibus, aut projiciat margaritas ante porcos : aut quomodo contingat quod sequitur : *Nequando conculcent eas pedibus suis, et conversi disrumpant vos*<sup>8</sup>.
- B 251 Quomodo Dominus interdum prohibeat gestare sacculum et peram in via, interdum vero dicat : *Sed nunc qui sacculum habet, tollat similiter et peram. Et qui non habet, vendat vestem suam, et emat gladium*<sup>9</sup>.
- 252 Quis sit panis quotidianus, cujus quotidianam largitionem rogare edocti sumus.
- 253 Quid sit talentum, et quomodo illud multiplicabimus.
- 254 Quid sit mensa, in quam oportebat te, inquit Dominus, mittere pecuniam.
- 255 Quo abire jussus est qui audivit, **Tolle 411** *quod tuum est, et vade*<sup>10</sup>.
- 256 Quænam sit merces quam hi pariter atque ultimi accipiant.
- C 257 Quinam sint palea quæ comburitur igne inextincto<sup>11</sup>.
- 258 Quisnam sit qui condemnatur ab Apostolo his verbis : *Volens in humilitate et religione*<sup>12</sup>, etc.
- 259 Quisnam sit fervens spiritu<sup>13</sup>.
- 260 Cum Apostolus nunc quidem dicat : *Nolite fieri imprudentes*<sup>14</sup> : nunc vero, *Nolite prudentes esse apud vosmetipsos*<sup>15</sup>, an fieri possit, ut apud semetipsum prudens non sit is qui imprudens non est.
- 261 Quamobrem ipsi etiam sancti aliquas res quas petivere, non impetrarint a Domino.
- 262 Quid intersit inter mendicitatem et paupertatem : et quomodo verum dicat David, cum ait : *Ego autem mendicus sum et pauper*<sup>16</sup>.
- D 263 Quid vult docere Dominus per exempla, quibus subjungit illud : *Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus bonis suis, non potest meus esse discipulus*<sup>17</sup>.
- 264 Quid sit sinceritas.
- 265 An ad solos sacerdotes dictum sit : *Si offers munus tuum ad altare*<sup>18</sup>, et reliqua.

<sup>6</sup> II Cor. x, 17. <sup>7</sup> Matth. xv, 16. <sup>8</sup> Matth. vii, 6. <sup>9</sup> Luc. xxii, 36. <sup>10</sup> Matth. xx, 14. <sup>11</sup> Matth. iii, 12. <sup>12</sup> Coloss. ii, 18. <sup>13</sup> Rom. xii, 11. <sup>14</sup> Ephes. v, 17. <sup>15</sup> Rom. xii, 16. <sup>16</sup> Psal. xxviii, 18. <sup>17</sup> Luc. xiv, 33. <sup>18</sup> Matth. v, 23.



266 Quid sit sal quem habere Dominus iussit<sup>19</sup>.

267 Si alius multis vapulabit, alius paucis<sup>20</sup>, quomodo dicant nonnulli, nullam poenarum finem futurum iis qui puniendi sunt.

268 Quonam sensu dicantur quidam filii inobedientiae et filii irae<sup>21</sup>.

269 Cum scriptum sit: *Facientes voluntates carnis, et cogitationum*<sup>22</sup>, an aliae sint carnis voluntates, aliae cogitationum: et quales sint hae.

270 Quid sit illud: *Aporiamur, sed non destituimur*<sup>23</sup>.

271 An per eleemosynam purgabitur quispiam ab omnibus quae admiserit peccatis.

272 Cum Domini praecipium sit, non sollicitum esse de crastino<sup>24</sup>, quomodo salubriter id praecipiti intelligemus.

273 Quid sit, quod cum quis fecerit, blasphemat in Spiritum sanctum<sup>25</sup>.

274 Quomodo quis in hoc saeculo efficiatur fatuus.

275 An sancti propositum impedire Satanas possit.

276 Quid sit, quod dictum fuit ab Apostolo: *Ut probetis quae sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta*<sup>26</sup>.

277 Quodnam sit cubiculum, in quod orantem intrare Dominus jubet.

278 Quomodo spiritus cuiuspiam oret, mens tamen illius infructuosa sit<sup>27</sup>.

279 Quid sibi vult illud: *Psallite sapienter*<sup>28</sup>.

280 Quis sit qui mundus est corde<sup>29</sup>.

281 Quae soror psallere non vult, num cogenda est.

282 Quinam sint ii qui dicunt: *Manducavimus coram te et bibimus, et tamen audierunt: Non novi vos*<sup>30</sup>.

**412** 283 An is qui facit alicujus voluntatem, sit illius socius.

284 Si in egestate sit fratrum societas ob aliquam morborum afflictationem, an sine ulla dubitatione ab aliis queat necessaria recipere: et si convenit, a quibus isthaec accipiet.

285 Utrum fratres cum fratribus negotiantes, justum rei traditae pretium sollicite anxieque requirere debeant.

286 Qui in fratrum societate vivit, sed incidit in morbum corporalem, an abducendus sit in hospitium.

*Haec duntaxat complectebatur allatum ex Ponto exemplar. Reliqua autem XXVII capita cum animadversionibus addita sunt ex codice Caesariensi.*

287 Qui sint fructus poenitentia digni.

Α σξς Τί ἐστὶ τὸ ἅλας, ὃ προτεταξεν ἔχειν ὁ Κυριος.

σξς' Εἰ ὁ μὲν τις θαρῆσεται πολλάς, ὁ δὲ ὀλίγας· πῶς λέγουσί τινες μὴ εἶναι τέλος τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις.

σξη' Κατὰ ποῖον νοῦν λέγονται τινες υἱοὶ ἀπειθείας καὶ τέκνα ὀργῆς.

σξθ' Ἐπειδὴ γέγραπται· Ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, εἰ ἄλλα μὲν τὰ σαρκὸς θελήματα, ἄλλα δὲ τῶν διανοιῶν· καὶ ποῖα ταῦτα.

σς' Τί ἐστὶν, Ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι.

σσα' Εἰ πάντων ὅσα ἡμαρτέ τις διὰ τῆς ἐλεημοσύνης τὸν καθαρισμὸν εὕρισκει.

Β σοβ' Ἐπειδὴ πρόσταγμα ἐστὶ τοῦ Κυρίου μὴ μεριμνᾶν περὶ τῆς αὔριου, πῶς ὑγιῶς τὸ πρόσταγμα νοήσομεν.

σογ' Τί ἂν τις ποιήσας βλασφημεῖ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

σοδ' Πῶς γίνεται τις ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μωρός.

σοε' Εἰ δύναται ἐγκόψαι πρόθεσιν ἁγίου ὁ Σατανᾶς.

σος' Τί ἐστὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον· Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθόν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον.

σοζ' Ποῖον ἐστὶ τὸ ταμιεῖον, εἰς ὃ εἰσελθεῖν τὸν προσευχόμενον προστάσσει ὁ Κύριος.

σοη' Πῶς τὸ πνεῦμά τινος προσεύχεται, ὃ δὲ νοῦς αὐτοῦ ἄκαρπός ἐστιν.

Κ σοθ' Τί ἐστὶ τὸ, Ψάλατε συνετῶς.

σπ' Τίς ἐστὶν ὁ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ.

σπα' Τὴν μὴ θέλουσαν ψάλαι εἰ χρὴ ἀναγκάζεσθαι.

σπβ' Τίνες εἰσὶν οἱ λέγοντες· Ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐπίομεν, καὶ ἀκούοντες· Οὐκ οἶδα ὑμᾶς.

σπγ' Εἰ ὁ ποιῶν τὸ θέλημά τινος, κοινωνός ἐστιν ἐκείνου.

σπδ' Ἐὰν πτωχεύσῃ ἀδελφότης διὰ περίστασιν νόσων, εἰ ἀδιάκριτόν ἐστι παρ' ἑτέρων λαμβάνειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν· καὶ εἰ χρὴ, παρὰ τίνων λήφεται.

σπέ' Εἰ χρὴ ἀδελφότητα μετὰ ἀδελφότητος πραγματευομένην τὴν ἀξίαν τιμὴν τοῦ εἶδους περιεργάζεσθαι.

Κ σπς' Εἰ δεῖ τὸν ἐν ἀδελφότητι ζῶντα, καὶ ἀσθενεῖα σωματικῇ περιπεσόντα, εἰς ξενοδοχεῖον ἀπαγαγεῖν.

Ἔως τούτου μόνου εἶχε τὸ ἀπὸ τοῦ Πόντου κομισθὲν ἀντιγραφον. Τὰ δὲ ἑρεξῆς κς' κεφάλαια καὶ τὰ ἐπιτίμια ἐκ τῆς βίβλου τῆς ἀπὸ τῆς Καισαρείας προστετέθη.

σπζ' Τίνες εἰσὶν ἄξιαι καρποὶ τῆς μετανοίας.

<sup>19</sup> Marc. ix, 49. <sup>20</sup> Luc. xii, 47. <sup>21</sup> Ephes. ii, 6.

<sup>22</sup> Marc. iii, 29. <sup>23</sup> Rom. xii, 2. <sup>24</sup> I Cor. xiv, 14. <sup>25</sup> I Cor. xiv, 14. <sup>26</sup> I Cor. iv, 8. <sup>27</sup> Matth. vi, 34.

<sup>28</sup> Psal. xli, 8. <sup>29</sup> Matth. v, 8. <sup>30</sup> Luc. xiii, 26, 27.



σπη Ο θέλων εξομολογήσασθαι τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, A  
εἰ πᾶσιν εξομολογεῖσθαι ὀφείλει καὶ τοῖς τυχοῦσιν, ἢ  
τίσιν.

σπθ' Ὁ μετανοήσας ἐπὶ ἁμαρτηματι, καὶ πάλιν εἰς τὸ  
αὐτὸ ἐμπεσὼν ἁμάρτημα, τί ποιήσει.

σδ' Πῶς περισσεύει τις ἐν τῷ ἔργῳ Κυρίου πάντοτε.

σθα' Τίς ἐστὶν ὁ συντετριμμένος κάλαμος, ἢ τὸ τυφό-  
μενον λίνον· καὶ πῶς τις τὸ μὲν οὐ κατεάζει, τὸ δὲ  
οὐ σβέννυσιν.

σθβ' Εἰ χρὴ ἐν ἀδελφότητι παιδίον βιωτικῶν εἶναι ἰθάσ-  
καλον.

σθγ' Πῶς δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς τὰ μείζονα τῶν  
ἁμαρτημάτων παραιτούμενοις, τὰ δὲ μικρὰ ἀδια-  
φόρως ποιοῦσιν.

σθδ' Ἐκ ποίας αἰτίας ἐκπίπτει τις τῆς διηγεύου μνή- B  
μης τοῦ Θεοῦ.

σθε' Ἐκ ποίων σημείων γνωρίζεται ὁ μετέωρος.

σθς' Πῶς πληροφορηθῆ ψυχῇ, ὅτι τῶν ἁμαρτημάτων  
καθαρεύει.

σθζ' Πῶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιστρέφειν χρὴ.

σθη' Εἰ τὰ κατὰ ἰδίαν ἀρέσκειαν ποιεῖν ὁ λόγος  
συγχωρεῖ.

σθθ' Πῶς πληροφορηθῆ ψυχῇ ἀποστῆναι τῆς φιλοδο-  
ξίας.

ι' Τίς ὁ τρόπος τῆς ἐπιστροφῆς, ὅτι περὶ ἁοράτου  
ἐστὶν ὁ λόγος.

ια' Ἐάν δὲ εἴπῃ, ὅτι οὐ καταγενώσκει μου τὸ συνεί-  
δος.

ιβ' Εἰ χρὴ ἀπὸ τῆς οἰκονομίας διδόναι τοῖς ἐνδεέσι C  
τῶν ἔξωθεν.

ιγ' Εἰ χρὴ τοῖς παρὰ πάντων λεγυμένοις ὑπακούειν  
ἐν ἀδελφότητι.

ιδ' Εἰ ὑπὲρ τῶν παραδεδομένων τῇ ἀδελφότητι παρὰ  
τῶν οἰκειῶν θελόντων διδόναι τι χρὴ δέχεσ-  
θαι.

ιε' Εἰ δεῖ λαμβάνειν παρὰ τῶν ἔξωθεν, ἦτοι κατὰ  
χάριν γιλίας, ἢ προκατελημμένης συγγενείας.

ις' Μετὰ ποίου τρόπου τὸ ἀμετεώριστον κατορθού-  
ται.

ιζ' Εἰ χρὴ ἐξ ἡμεμερίας ἀπάρχεσθαι τῆς ψαλμωδίας  
ἢ τῆς προσευχῆς.

ιη' Εἰ χρὴ τὸν διδόντα τι ἐν ἀδελφότητι ἀμείβεσθαι  
καὶ εἰ κατ' ἀναλογίαν τοῦ δόματος ποιῆσθαι τὴν D  
ἀντίδοσιν.

ιθ' Εἰ τῶν συνήτων καὶ κατὰ φύσιν γινομένων τινί,  
χρὴ τολμᾶν εἰς κοινωνίαν τῶν ἁγίων παρέρχεσθαι.

ιι' Εἰ χρὴ εἰς κοινὸν οἶκον προσκομιδὴν γίνεσθαι.

ια' Εἰ χρὴ εἰς ἐπίσκεψιν ἀπέρχεσθαι, ἐπιζητούντων  
τινῶν.

ιβ' Εἰ χρὴ τοὺς ἐπισκεπτομένους λαϊκοὺς προτρέ-  
πεσθαι εἰς εὐχήν.

ιγ' Εἰ χρὴ ἐργάζεσθαι ἐπισκεπτομένως τινῶν.

<sup>31</sup> Matth. xii, 20.

288 Qui vult confiteri peccata sua, num omnibus  
et quibuslibet debet confiteri, aut quibus.

289 Quem pœnituit peccati, et rursus in idem pec-  
catum labitur, quid faciet.

290 Quomodo quis semper magis ac magis proficit  
in opere Domini.

291 Quæ sit arundo contrita, aut fumigans linum :  
et quomodo quis illam non confringat, hoc vero  
non extinguet<sup>31</sup>.

292 An conveniat in fratrum conventu puerorum  
sæculo addictorum magistrum esse.

293 Quomodo cum iis agendum sit, qui devitant  
graviora peccata, leviora vero patrant indiscrimi-  
natim.

294 Qua de causa non servet aliquis assiduum Dei  
memoriam.

295 Quibus signis cognoscatur qui non est attento  
animo.

296 Quomodo animus habeat persuasum se a pec-  
catis purum esse.

297 Quomodo a peccatis converti oporteat.

298 An Scriptura permittat bona facere ad sibi  
ipsi placendum.

299 Quomodo sibi persuadebit animus, se a glo-  
riæ studio alienum esse.

300 Quis modus conversionis, cum de re sub as-  
pectum non cadente fit sermo.

301 Quod si dicat quis : Non mea me condemnat  
conscientia.

302 An ex cella penaria erogandum sit externis  
inopibus.

303 An in fraterna communitate iis quæ a quibus-  
vis dicuntur, obediendum sit.

304 Utrum pro iis qui fratribus fuere oblatis, ali-  
quid accipere oporteat ab eorum parentibus,  
si dare aliquid voluerint.

305 An ab externis conveniat accipere, sive ami-  
citiæ, sive prioris propinquitatis gratia.

**413** 306 Qua ratione vitatur mentis aberratio.

307 An alternis vicibus incipiendum sit psallere  
aut precari.

308 An fratribus aliquid danti, vicissim retribuere  
oporteat ; et si convenit pro ratione rei datæ  
rependere vices.

309 Si consueta, et quæ secundum naturam sunt,  
cuiquam contingant, an audere debeat ad san-  
ctorum communionem accedere.

310 Nunquid in communi domo Dominicam cœ-  
nam conveniat celebrari.

311 Utrum cum aliqui rogant, eos invisere oporteat.

312 An laici qui nos invisunt adhortandi sint ad  
precationem.

313 An cum aliqui nos visitant, oporteat laborare.



## (43) ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΕΠΙΤΟΜΗΝ ΟΡΩΝ.

## PROŒMIUM

## IN REGULAS BREVIUS TRACTATAS.

Benignus Deus, qui docet hominem scientiam,<sup>32</sup> iis quidem quibus creditum est donum docendi præcipit per Apostolum, ut perseverent in doctrina<sup>33</sup>, eos vero qui divinorum documentorum ædificatione indigent, per Moysen admonet, dicens: *Interroga patrem tuum, et anuntiabit tibi, majores tuos, et dicent tibi*<sup>34</sup>. Quapropter necesse est nos quidem, quibus creditum est munus docendi, paratos esse omni tempore et promptos ad instruendas perficiendasque animas, et modo publice coram tota Ecclesia contestari, modo privatim permittere unicuique eorum, qui ad nos accesserint, ut suo arbitrato nos seorsum rogare possint quæ pertinent et ad sanitatem fidei, et ad veritatem ejus vivendi ritus qui est ex Evangelio Domini nostri Jesu Christi, ex quibus utrisque homo Dei constanter perficitur: vos vero nihil otiosum, nihil vobis infructuosum relinquere, sed præter ea quæ in communi discitis, etiam privatim de rebus conducibilibus interrogare, et omne vitæ otium ad vestram utilitatem dirigere. Ergo si nos in hoc congregavit Deus, multa que quod ad externos tumultus attinet, requie perfruitur, neque ad quidquam aliud agendum convertamur, neque somno rursus corpora tradamus, sed in meditando ac expendendis rebus necessariis transigamus reliquam noctis partem, explentes quod dictum est a beato Davide: *In lege Domini meditabitur die ac nocte*<sup>35</sup>.

A Ὁ φιλόανθρωπος Θεός, ὁ διδάσκων ἀνθρώπου γνώσιν, τοῖς μὲν τὸ διδασκαλικὸν πεπιστευμένοις χάρισμα παραγγέλλει διὰ τοῦ Ἀποστόλου ἐμμένειν τῇ διδασκαλίᾳ, τοῖς δὲ χρῆξουσιν τῆς ἐκ τῶν θείων διδασμάτων οἰκοδομῆς διὰ Μωϋσέως παρακαλεῖ λέγων· Ἐπερωτήσον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοὶ τοὺς προεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσι σοὶ. Διόπερ ἀνάγκη ἡμῶν μὲν, τοὺς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου πεπιστευμένους, ἐν παντὶ καιρῷ προθύμους εἶναι πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ψυχῶν· καὶ τὰ μὲν ἐν κοινῇ τῇ Ἐκκλησίᾳ πάσι διαμαρτύρασθαι (44)· τὰ δὲ ἰδίᾳ ἐκάστῳ τῶν προσιόντων παρέχειν ἑαυτοῦς κατ' ἐξουσίαν ἐπερωτῆσαι, τὰ τε πρὸς ὑγίαν τῆς πίστεως καὶ ἀλήθειαν τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγελίου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πολιτείας, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος βεβαίως τελειοῦται· ὑμῶν δὲ μηδὲν ἄκαρπον παρῆναι, (45) μηδὲν ἄργον ἑαυτοῖς ἀλλὰ πρὸς οἷς ἐν τῷ κοινῇ μαθήσασθε, καὶ ἰδίᾳ περὶ τῶν συμφερόντων ἐπερωτῆσαι, καὶ πάντων σχολῶν τοῦ βίου πρὸς τὸ χρῆσιμον διατίθεσθαι. Εἰ οὖν εἰς τοῦτο συλήγαγεν ἡμᾶς ὁ Θεός, καὶ ἡσυχία πολλὴ ἀπὸ τῶν ἐξωθεν θορόδων ἔστι, μήτε πρὸς ἑτέραν τινα ἐργασίαν τρεπήμεθα, μήτε ὑπὸ πάλιν παραδώμεν τὰ σώματα, ἀλλ' ἐν τῇ μερίμνῃ καὶ ἐξετάσει τῶν ἀναγκαίων τὸ λειπόμενον μέρος τῆς νυκτὸς διενέγκωμεν, πληροῦντες τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ὅτι ἐν νόμῳ Κυρίου μελετήσῃ ἡμέρας καὶ νυκτός.

## SANCTI PATRIS NOSTRI

## BASILII

Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi

## 414 INTERROGATIO I.

An liceat, aut expediat alicui, ut sibi ipsi permittat facere dicereve quæ bona existimat, citra testimonium divinarum Scripturarum.

## RESPONSIO.

Cum Dominus noster Jesus Christus dicat qui-

<sup>32</sup> Psal. xcii, 10. <sup>33</sup> I Tim, 1, 3. <sup>34</sup> Deut. xxxii, 7.

(43) Breve illud quasi proœmium habet varium titulum et locum in variis codicibus. In utroque Coisl. continenter leguntur Regulæ tum longiores tum breviores, sine proœmio, sine tabula, sine ulla distinctione, sic ut ex utrisque corpus unum efficiatur.

(44) Codex Colb. πᾶσι περὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου διαμαρτύρασθαι. Mox idem ms. τὰ τε πρὸς οἰκοδομὴν καὶ ὑγίαν, ad ædificationem et integritatem fidei.

(45) Reg. primus ὑμῶν δὲ μηδὲν ἄργον ἐν ἑαυτοῖς

C

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

## ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας (46).

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'

Εἰ ἔξεστιν (47) ἢ συμπέσει τινὶ ἑαυτῷ ἐπιτρέπειν, καὶ ποιεῖν ἢ λέγειν ἃ νομίζει καλὰ, ἀνεὺ τῆς μαρτυρίας τῶν θεοπνευστῶν Γραφῶν.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγοντος περὶ

<sup>35</sup> Psal. i, 2.

μηδὲν ἄκαρπον παρῆναι. Ita vero in Colb legitur: ὑμῶν δὲ μηδὲν ἄκαρπον, ἄργον ἑαυτοῖς, μηδὲ ἄκαρπον παρῆναι.

(46) Reg tertius του αὐτου οροι κατ επιτομήν, ejusdem regulæ in epitomen redactæ. Aliter in Colbertino ἀρχὴ τῶν κατ' επιτομήν κεφαλαίων, initium capitum in epitomen coactorum

(47) Veteres duo libri ἔξεστι καὶ συμ. Mox Reg. primus et Voss. τῶν Γραφῶν. Alius ms. τῶν θείων Γραφῶν.



μέν (48) τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Οὐ γὰρ λαλήσει ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, ταῦτα λαλήσει· περὶ δὲ ἑαυτοῦ· Οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἄφ' ἑαυτοῦ οὐδέν· καὶ πάλιν· Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἑαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατήρ, αὐτὸς μοι ἐντολὴν ἔδωκε (49), τί εἶπω, καὶ τί λαλήσω· καὶ οἶδα, ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιος ἐστίν· ἃ οὐκ λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἶρηκέ μοι ὁ Πατήρ, οὕτω λαλῶ· τίς ἂν εἰς τοσαύτην ἐξέληθι (50) μανίαν, ὥστε ἄφ' ἑαυτοῦ τολμησαί τι καὶ μέχρις ἐννοίας λαθεῖν, ὅς ὁδηγῶ μὲν τοῦ ἁγίου καὶ ἀγαθοῦ Πνεύματος χρειαζόμενος εἶναι, ἵνα κατευθυνθῆ εἰς τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας κατὰ τὸ νοῦν καὶ λόγον, καὶ πράξῃ, τυφλὸς δὲ καὶ ἐν σκότει διαγῆ, ἄνευ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ φωτίζοντος, ὡσπερ ἀκτίσι, ταῖς ἑαυτοῦ ἐντολαῖς; Ἡ γὰρ ἐντολὴ Κυρίου, φησὶ, τῆλαυγῆς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς. Ἐπειδὴ (51) δὲ τῶν ἐν ἡμῖν στρεφομένων πραγμάτων ἢ ῥημάτων τὰ μὲν ἐστὶν ὑπὸ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ Γραφῇ διεσταλμένα, τὰ δὲ σεσιωπημένα· περὶ μὲν τῶν γεγραμμένων οὐδεμίαν ἐξουσίαν δέδοται καθόλου οὐδενί, οὔτε ποιῆσαι τι τῶν κεκωλυμένων, οὔτε παραλείψαι τι τῶν προστεταγμένων, τοῦ Κυρίου ἅπαξ παραγγεῖλαντος, καὶ εἰπόντος· Καὶ φυλάξῃ (52) τὸ ῥῆμα ὃ ἐπέλλομαι σοι σήμερον· οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτῷ, καὶ οὐκ ἀφείλεις ἀπ' αὐτοῦ. Φοβερὰ γὰρ τις ἐκδόχη κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς τοιοῦτόν τι τολμῶντας· περὶ δὲ τῶν σεσιωπημένων κανόνα ἡμῖν ἐξέθετο ὁ ἀπόστολος Παῦλος εἰπών· Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομαί. Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος. Ὡστε παντὶ λόγῳ ἐπάναγκες ἢ ἢ τῷ Θεῷ (53) ὑποτάσσασθαι κατὰ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ, ἢ ἄλλοις διὰ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ. Γέγραπται γάρ· Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Χριστοῦ. Καὶ ὁ Κύριός φησιν· Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι μέγας, ἔστω πάντων ἑσχατος, καὶ πάντων δοῦλος· ἀπηλλοτριωμένος δεκνόντι τῶν ἰδίων θελημάτων κατὰ μίμησιν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος· Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρός.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Β΄.

Ποίαν ὁμολογίαν ἀπαιτεῖσθαι δεῖ παρ' ἀλλήλων τοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ζῆν κατὰ Θεὸν βουλομένους.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου παντὶ τῷ προσερχομένῳ προ-

<sup>36</sup> Joan. xvi, 13. <sup>37</sup> Joan. v, 19. <sup>38</sup> Joan. xii, 49, 50. <sup>39</sup> Psal. xviii, 9. <sup>40</sup> Deut. iv, 2. <sup>41</sup> Hebr. x, 27. <sup>42</sup> I Cor. x, 22-24. <sup>43</sup> Ephes. v, 21. <sup>44</sup> Marc. ix, 34. <sup>45</sup> Joan. vi, 38.

(40) Vocula μὲν deest quidem in vulgatis: sed in veteribus libris reperitur. Hæc fusius scripta sunt in Colbertino, περὶ μὲν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι αὐτὸ ὑμᾶς ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν ἀληθειαν· οὐ γάρ, κ. τ. λ. *Cum Dominus noster Jesus Christus de Spiritu sancto quidem dicat discipulis suis: Ipse vos deducet in omnem veritatem, etc.*

(49) Unus ms. ἐντολὴν δέδωκε. Haud longe voculam τί ex multis mss. addidimus.

(50) Reg. primus et Colb. ἐξέληθαι.

(51) Codex Combef. Ἐπειδὴ τοίνυν. Mox Regii duo et Colb. πραγμάτων ἢ ῥημάτων. Illud, ἢ ῥη-

A dem de sancto Spiritu, *Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audierit, hæc loquetur*<sup>36</sup>; de seipso vero: *Non potest Filius a se facere quidquam*<sup>37</sup>; et iterum: *Ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, et quid loquar: et scio quia mandatum ejus vita æterna est: quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor*<sup>38</sup>; quis eo dementiæ deveniet, ut a seipso audeat aliquid vel cogitatione concipere, qui scilicet ductore sancto et bono Spiritu indigeat, ut dirigatur in viam veritatis, sive in mente, sive in sermone, sive in actione, et cæcus sit, et in tenebris degat, sine sole justitiæ ipso Domino nostro Jesu Christo, qui suis mandatis tanquam radiis illuminat? *Præceptum enim Domini, inquit, lucidum, illuminans oculos*<sup>39</sup>. Sed quoniam rerum aut verborum apud nos usitatorum alia in sancta Scriptura per Domini mandatum declarata sunt, alia silentio prætermissa: de iis quidem quæ scripta sunt, nulli omnino licet aut aliquid facere eorum quæ vetita sunt, aut aliquid omittere eorum quæ jussa sunt, cum Dominus semel præceperit, ac dixerit: *Et servabis verbum quod præcipio tibi hodie: non adjicies ad ipsum, nec detrahes ab ipso*<sup>40</sup>. Formidabilis enim quædam judicii expectatio superest, atque æmulatio ignis, qui eos qui aliquid ejusmodi audent, devorabit<sup>41</sup>: de iis vero quæ silentio præterita sunt, regulam nobis tradidit apostolus Paulus cum dixit: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est, quærat: sed quod alterius, unusquisque*<sup>42</sup>. Quare necesse omnino est, aut Deo ex ejus mandato subjici, aut aliis **415** propter mandatum illius. Scriptum est enim: *Subjecti invicem in timore Christi*<sup>43</sup>. Quin et Dominus ait: *Qui vult inter vos esse magnus, sit omnium postremus, et omnium servus*<sup>44</sup>; abalienatus videlicet a suis voluntatibus, exemplo ipsius Domini, dicentis: *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, Patris*<sup>45</sup>.

## INTERROGATIO II.

Qualem professionem a se mutuo exigere debeant qui simul secundum Deum vivere volunt.

## RESPONSIO.

D Eam, quæ a Domino cuique accedenti proposita

μάτων, aberat a vulgatis. Nec ita multo post mss duo cum Voss. ἐντολῆς τοῦ Κυρίου.

(52) Antiqui tres libri καὶ φυλάξαι, et serva verbum. Editi et codex Combef. καὶ φυλάξῃ, servabis. Ibidem Reg. primus ὁ ἐγὼ.

(53) Unus ms. Θεῷ Λόγῳ Deo Verbo. Mox Reg. primus et Colb. κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ ἢ ἄλλοις. Γέγραπται γάρ. Reg. tertius et Combef. ἢ ἄλλοις. Cætera ut supra. At Coisl. secundus ἐπάναγκες ἢ, ἢ τῷ Θεῷ ὑποτάσσασθαι κατὰ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ, ἢ ἄλλοις διὰ τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ· quo in codice plana sunt omnia, et suo quæque loco posita. Ita autem



est, cum dixit: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me*<sup>46</sup>. Qualem autem vim habeat horum unumquodque, dictum est in ea, quæ ad ipsum pertinet, interrogatione.

## INTERROGATIO III.

*Quomodo convertemus peccantem: aut si non convertat sese, quomodo cum illo agendum sit.*

## RESPONSIO.

Velut præceptum est nobis a Domino, cum dixit: *Si peccaverit frater tuus, vade, corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si vero non audierit, adhibe tecum etiam unum, aut duos, ut in ore duorum testium aut trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem non audierit quoque Ecclesiam, sit tibi sicut ethnicus et publicanus*<sup>47</sup>. Si itaque hoc contingat, *Sufficit tali objurgatio hæc, quæ fit a pluribus*<sup>48</sup>; cum Apostolus scripserit: *Argue, increpa obsecra in omni patientia, et doctrina*<sup>49</sup>. Et rursus: *Quod si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur*<sup>50</sup>,

## INTERROGATIO IV.

*Si quis pro levissimis etiam peccatis coarctet ac urgeat fratres, his verbis: Debetis agere pœnitentiam, nunquid et ipse immisericors est, et Charitatem dissolvit.*

## RESPONSIO.

Cum Dominus affirmaverit iota unum aut unum apicem a lege non præterire, donec omnia fiant<sup>51</sup>, pronuntiaveritque homines de omni verbo otioso quod locuti fuerint, rationem in judicii die esse reddituros<sup>52</sup>, nihil contemnendum est quasi parvum. *Qui enim, inquit, rem contemnit, contemnetur ex ea*<sup>53</sup>. Et alias quale peccatum audeat quis parvum dicere, postquam **416** Apostolus hanc protulit sententiam: *Per prævaricationem legis Deum inhonoras*<sup>54</sup>? Quod si stimulus mortis peccatum est, non hoc, aut illud, sed indefinite omne omnino peccatum, immisericors est qui silet, non qui redarguit, tanquam qui venenum relinquat in eo qui a venenata bestia morsus est, non autem

<sup>46</sup> Matth. xvi, 24. <sup>47</sup> Matth. xviii, 15-17. <sup>48</sup> II Cor. ii, 6. <sup>49</sup> I. Tim. iv, 2. <sup>50</sup> II Thess. iii, 14. <sup>51</sup> Matth. v, 18. <sup>52</sup> Matth. xii, 36. <sup>53</sup> Prov. xiii,

habet Coisl. primus, ἐπάναγκες, ἢ τῷ Θεῷ ὑποτάσσεται κατ' ἐντολήν· in cæteris autem consentit cum Coisl. secundo. Sed hæc variatio, si tamen variatio dici potest, sententiam non mutat. Editi κατ' ἐντολήν αὐτοῦ· γέγραπται.

(54) Editi et unus Combef. προταχθεῖσαν. Alter Combef. προσταχθεῖσαν. Reg. tertius προταχθεῖσαν.

(55) Reg. primus ἀμάρτη εἰς σέ ὁ.

(56) Reg. primus et Colb. καὶ τριῶν. Mox idem ms. σταθῆ. Editi et Reg. tertius σταθήσεται.

(57) Reg. tertius et editi τῇ Ἐκκλησίᾳ. At duo ms. cum Voss. τῆς Ἐκκλησίας. Aliquanto post Colb. ἢ ἐπὶ τῶν πλειόνων, quæ fit coram pluribus. Post vocem πλειόνων ita legitur in Voss. et in aliis duo-

α ταχθεῖσαν (54), εἰπόντος· Εἰ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Τούτων δὲ ἕκαστον οἶαν ἔχει δύναμιν εἰρηται ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ ἐρωτήματι.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Γ'.

Τὸν ἀμαρτάνοντα πῶς ἐπιστρέψομεν, ἢ μὴ ἐπιστρέφοντα πῶς ἔχειν κρῆ.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὡς προστετάγμεθα ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰπόντος· Ἐάν ἀμάρτη ὁ (55) ἀδελφός σου, ὕπαγε, ἐλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. Ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου· ἐάν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἓτι ἓνα ἢ δύο, ἕνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν (56) σταθῆ πᾶν ῥῆμα. Ἐάν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν ἐπὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἐάν δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας (57) παρακούσῃ, ἔστω σοι ὡς ὁ ἐθνικός καὶ ὁ τελώνης. Ἐάν ἄρα γένηται τοῦτο, Ἄρκετόν τῷ τοιοῦτῳ ἢ ἐπιτιμία αὐτῆ ἢ ὑπὸ τῶν πλειόνων, τοῦ Ἀποστόλου γράψαντος· Ἐλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ, καὶ διδαχῇ· καὶ πάλιν· Εἰ δὲ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτον σημειοῦσθε· καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἕνα ἐντραπῆ.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Ἐάν τις καὶ εἰς (58) τὰ μικρὰ ἀμαρτήματα στενοχωρῆ τοὺς ἀδελφούς, λέγων, ὅτι Ὀφείλετε μετανοῆσαι, μήποτε καὶ αὐτὸς ἀσπλαγχνός ἐστι, καὶ τὴν ἀγάπην καταλύει.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου διαθεβαιοσαμένου μὲν, ὅτι ἰῶτα ἐν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρελθῆ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται, ἀποφνημαμένου δὲ, ὅτι Πᾶν ῥῆμα ἀργόν, ὃ ἐάν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· οὐδενὸς δεῖ καταφρονεῖν ὡς μικροῦ. Ὁ γὰρ καταφρονῶν πράγματος, φησὶ, καταφρονηθήσεται (59) ὑπ' αὐτοῦ. Ἄλλως τε ποῖον ἀμάρτημα μικρὸν τολμήσει τις εἰπεῖν, τοῦ Ἀποστόλου ἀποφνημαμένου, ὅτι Διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις; Εἰ δὲ τὸ κέντρον τοῦ θανάτου ἢ ἀμαρτία, οὐχ ἦδε ἢ ἦδε, ἀλλὰ τῷ ἀδιορίστῳ δηλονότι πᾶσα ἀμαρτία (60), ἀσπλαγχνός ἐστιν ὁ ἐρήσυχάζων, οὐχ ὁ ἐλέγχων· ὡσπερ ὁ τὸν ἰὸν ἐναφείς τῷ θηχθέντι ὑπὸ ἰσθόλου, οὐχ ὁ

13. <sup>54</sup> Rom. ii, 23.

bus libris, καὶ ὡς παραδέδοται ὑπὸ τοῦ Ἀπ, γρ.

(58) Sic veteres quidam libri Vocula eis deest in vulgatis. Mox codex Voss. μετανοεῖν μήποτε καταλύει τὴν ἀγάπην ἀσπλαγχνός ὢν, et ita quoque habet Colbertinus, nisi, quod pro μήποτε habet μῆ. Reg. primus μήποτε καταλύη· cætera autem ita ut priores duo codices.

(59) Codex Voss. Ὁ γὰρ καταφρονῶν, φησὶ, γράμματος, καταφρονηθήσεται. Aliquanto post duo mss. Ἄλλως δέ.

(60) Illud, ἀλλὰ τῷ ἀδιορίστῳ δηλονότι πᾶσα ἀμαρτία, deest in Vossii codice et in Regio primo. Combefisius in his verbis deprehendere sibi videtur Stoicam quamdam severitatem. Nam, inquit, peccata magna a parvis non discernuntur: sed omnia



ἐξαιρών. Καὶ τὴν ἀγάπην δὲ οὗτος καταλύει (61). Ἐγγραπται γάρ· Ὁς φείδεται τῆς βακτηρίας, μισεῖ τὸν ἑαυτοῦ υἱόν· ὁ δὲ ἀγαπῶν ἐπιμελῶς παιδεύει.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε΄

Πῶς ὀφείλει τις μετανοῆσαι ἐφ' ἐκάστῳ ἀμαρτήματι, καὶ ποίους ἐπιδείξασθαι καρπούς ἀξίους τῆς μετανοίας.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὴν διάθεσιν ἀναλαβὼν τοῦ εἰπόντος, Ἄδικίαν ἐμίσησα, καὶ ἐβδελυξάμην. Καὶ ποιήσας τὰ ἐν τῷ ἔκτῳ ψαλμῷ, καὶ ἐν (62) πολλοῖς ἄλλοις εἰρημένα, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου ὑπὲρ ἄλλου ἡμαρτηκότος μεμαρτυρημένα τοῖς κατὰ Θεὸν λυπηθεῖσιν Ἰδοὺ γάρ, φησὶ, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι, πόσῃν κατειργάσατο ὑμῖν σπουδῆν, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον (63), ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ἐκδίκησιν, ἀλλὰ ζῆλον. Ἐν παντί συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἄγνοους εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Καὶ πολυπλασιάσας τὸ ἀντίθετον κατόρθωμα, ὡς ὁ Ζαχαρίας.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ς΄.

Ὁ λόγῳ ὁμολογῶν μετανοεῖν, τὸ δὲ ἀμάρτημα μὴ διορθούμενος, τίς ἐστίν (64).

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Περὶ τοῦ τοιοῦτου γεγράφθαι λογιζομαι· Ἐάν σου δέηται ὁ ἐχθρὸς μεγάλη τῇ φωνῇ, μὴ πεισθῆς αὐτῷ· ἑπτὰ γάρ εἰσι πονηρίαὶ ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ· Ὡσπερ κύων ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἐμετόν, καὶ μισητὸς γένηται, οὕτως ἄνθρωπος τῇ ἰδίᾳ κακίᾳ ἀναστρέψας (65) ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ αμαρτίαν.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ζ΄.

Τί τὸ κρίμα τῶν ἐκδικούντων τοὺς ἀμαρτανοντας.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Βαρύτερον ἐκείνου οἶμαι, περὶ οὗ εἴρηται (66), ὅτι Συμφέροι αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος οὐκὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ριφῇ εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίση ἓνα τῶν μικρῶν τούτων. Οὐκέτι γάρ τὴν ἐπιτίμησιν εἰς διορθώσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκδίκησιν εἰς βεβαίωσιν τοῦ ἀμαρτήματος ὁ ἀμαρτήσας λαμβάνει, καὶ ἄλλους εἰς τὰ ὅμοια πάθη προτρέπει (67), ὡς ἐφαρμόσαι τῷ ἐκδικούντι,

<sup>55</sup> Prov. xiii, 24. <sup>56</sup> Psal. cxviii, 163. <sup>57</sup> II Cor. vii, 11. <sup>58</sup> Prov. xxvi, 25. <sup>59</sup> ibid. 11. <sup>60</sup> Luc. xvii, 2.

ex auctoris sententia magna sunt. Quid autem, quæso, prohibet omnia peccata dici posse magna, si respiciatur qui offenditur Deus? Sed nec auctor, nec alius quisquam negat aliqua esse, quæ parva sunt, si cum gravioribus comparentur.

(61) Codex Colb. Ἀγάπην δὲ καταλύει ὁ τοιοῦτος. Mox Reg. primus τὸν υἱόν αὐτοῦ· ὁ δὲ.

(62) Vocula ἐν addita est ex Vossii codice et ex Reg. primo. Ibidem iidem illi libri veteres cum Colb. ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου μεμαρτυρημένα τοῖς κατὰ Θεὸν λυπηθεῖσι, καὶ ταῦτα ἄλλου ἡμαρτηκότος, Ἰδοὺ.

(63) Illa, ἀλλὰ φόβον... ἀλλὰ ζῆλον, addita sunt ex Vossii veteri libro et ex aliis tribus. Paulo ante

eximat. Quinetiam qui ejusmodi est, evertit charitatem. Scriptum est enim: *Qui parcit baculo, odit filium suum: qui autem diligit, diligenter castigat* <sup>55</sup>.

## INTERROGATIO V.

*Quomodo debeat quis pœnitentiam agere de singulis peccatis, et cujusmodi fructus pœnitentia dignos ostendere.*

## RESPONSIO.

Nimirum si habeat animum illius, qui dixit: *Iniquitatem odio habui, et abominatus sum* <sup>56</sup>. Item si præstiterit quæ referuntur in sexto Psalmo, et in aliis multis, et si fecerit quæ ob peccatum ab alio admissum facta fuisse testatur Apostolus, ab iis qui secundum Deum contristati fuerant. *Ecce enim, inquit, hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatum est sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed vindictam, sed æmulationem. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in negotio* <sup>57</sup>. Itidem si, Zachæi exemplo, oppositam virtutem crebro excoluerit.

## INTERROGATIO VI.

*Qui verbis confitetur se pœnitere, peccatum vero non corrigit, quis est.*

## RESPONSIO.

Existimo de eo qui hujusmodi est, id scriptum fuisse: *Si te rogaverit inimicus magna voce, ne credideris ei: septem enim sunt nequitiae in anima ejus* <sup>58</sup>. Et alio in loco: *Sicut canis cum redierit ad suum vomitum, et odibilis efficitur: sic homo sua malitia revertens ad peccatum suum* <sup>59</sup>.

## INTERROGATIO VII.

*Quodnam est judicium adversus eos qui peccantes defendunt.*

## RESPONSIO.

Gravius quam quod prolatum fuit in eum de quo dictum est: *Expedit illi ut suspendatur mola asinaria circa collum ejus, et projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis* <sup>60</sup>. Non enim jam objurgationem ad emendationem, sed defensionem ad peccati confirmationem accipit qui peccavit, imo vero invitat alios ad similia vitia: quamobrem defensori hujusmodi et patrono,

duo mss. κατειργάσατο ἐν ὑμῖν.

(64) Editio Paris ποταπός ἐστιν. At editio Ven. et tres mss. ut in contextu.

(65) Sic editio Ven. et quatuor mss. præter Voss. codicem. Editio Paris. οὕτως ἀφρων... ἀναστρέψας sic stultus malitia sua revertens ad peccatum suum; et ita quoque apud LXX legitur.

(66) Codex Colb. περὶ οὗ εἶπεν ὁ Κύριος. Nec ita multo post duo mss. cum Voss. καὶ ριφῇ. Editi et Reg. tertius ἐρρίπται.

(67) Reg. primus et Colb. et Voss. πρὸς τὰ ὅμοια πάθη προτρέπει. Alii duo mss. et editi εἰς τὰ ὅμοια προτρέπει. Ibidem Reg. primus τῷ ἐκδικούντι, ἐάν μὴ.



nisi ediderit fructus pœnitentia dignos, convenit A quod a Domino dictum est: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et projice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, et non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam* <sup>61</sup>.

## INTERROGATIO VIII.

*Quomodo debet suscipi, quem vere pœnitet.*

## RESPONSIO.

Velut Dominus docuit, cum dixit: *Convocat amicos, et vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat* <sup>62</sup>.

## INTERROGATIO IX.

*Quomodo erga eum qui citra pœnitentiam peccat, erimus animati.*

## RESPONSIO.

Uti Dominus præcepit, cum dixit: *Si autem et Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* <sup>63</sup>; et sicut Apostolus docuit, cum scripsit: *Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis* <sup>64</sup>.

## INTERROGATIO X.

*Anima quæ in multis peccatis misere versata fuerit, quo timore et quibus lacrymis recedere debeat a peccatis, et qua spe quave affectione ad Deum accedere.*

## RESPONSIO.

Primum quidem odisse debet reprobam suam vitam anteactam, et ipsam ejus memoriam execrari detestarique. Scriptum est enim: *Iniquitatem odio habui et abominatus sum, legem autem tuam dilexi* <sup>65</sup>. Deinde vero timoris magistram assumere æterni judicii ac supplicii comminationem; itemque cognoscere, tempus lacrymarum tempus esse pœnitentiæ, uti docuit David in sexto psalmo. Quippe certissime credat peccata purgari per sanguinem Christi, in magnitudine misericordiæ, et multitudine miserationum Dei, qui dixit: *Si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo; et si fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo* <sup>66</sup>. Tum demum nacla facultatem ac potestatem placendi Deo, dicit: *Ad vesperum demorabitur fletus, et 418 ad matutinum lætitia. Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia, ut cantet tibi gloria mea* <sup>67</sup>. Atque ita accedens, psallit Deo, ac dicit: *Exaltabo te, Domine, quo-*

εἰ μὴ ἐπιδείξεται καρπὸς ἄξιός τῆς μετανοίας, τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον, ὅτι Ἐὰν ὁ ὀφθαλμὸς σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίξῃ σε, ἐξέλε αὐτόν, καὶ βάλῃ ἀπὸ σου. Συμφέρει γὰρ σοι ἵνα ἀποληται ἐν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς τὴν γέενναν.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Η΄.

Τὸν μετανοοῦντα γνησίως πῶς προσδέχεται χρῆ.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὡς ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, εἰπὼν, ὅτι Συγκαλεῖται τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας λέγων· Συγχαίρατέ μοι, ὅτι εὔρον τὸ πρόβατόν μου, τὸ ἀπολωλός.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Θ΄.

Πρὸς τὸν ἀμετανόητα ἀμαρτάνοντα πῶς διατεθῆμεν.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὡς ὁ Κύριος προσέταξεν, εἰπὼν· Ἐὰν (68) δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὡς ὁ ἐθνικός καὶ ὁ τελώνης· καὶ ὡς ὁ Ἀπόστολος ἐδίδαξε, γράψας· Στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντός ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβον (69) παρ' ἡμῶν.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ι΄.

Ψυχὴ ἐν ἀμαρτίαις πολλαῖς ταλαιπωρήσασα (70) μετὰ ποταποῦ φόβου καὶ ποταπῶν δακρύων ὀφείλει ἀναχωρῆσαι τῶν ἀμαρτημάτων· καὶ μετὰ ποίας ἐλπίδος καὶ διαθέσεως προσέλθειν τῷ Θεῷ.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Πρῶτον μὲν ὀφείλει μισῆσαι τὸν κατεγνωσμένον ἑαυτῆς πρότερον βίον καὶ τὴν μνήμην αὐτὴν σιχχαίνουσα (71) καὶ βδελυσσομένη· γέγραπται γάρ· Ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα· ἔπειτα δὲ φόβου μὲν διδάσκαλον (72) λαμβάνειν τὴν ἀπειλὴν τῆς αἰωνίου κρίσεως καὶ κολάσεως, δακρύων δὲ καιρὸν γνωρίζειν τὸν καιρὸν τῆς μετανοίας, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Δαβὶθ ἐν τῷ ἕκτῳ ψαλμῷ· πληροφορηθεῖσα τὸν καθαρισμὸν τῶν ἀμαρτημάτων διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ μεγέθει τοῦ ἐλέους καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρισμῶν τοῦ Θεοῦ, τοῦ εἰπόντος, ὅτι Ἐὰν ὡσιν αἱ ἀμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὡσιν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ. Τότε τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν δύναμιν λαβοῦσα τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, λέγει· Τὸ ἐσπέρας ἀυλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις (73). Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί, διέρρηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην, ὅπως ἂν ψάλλῃ σοι ἡ δόξα μου. Καὶ

<sup>61</sup> Matth. v, 29. <sup>62</sup> Luc. xv, 6. <sup>63</sup> Matth. xviii, 17. <sup>64</sup> II Thess. iii, 6. <sup>65</sup> Psal. cxviii, 163. <sup>66</sup> Isa. i, 18. <sup>67</sup> Psal. xxix, 6, 12, 13.

(68) Reg. primus et Colb. ὡς ὁ Κύριος ἐδίδαξεν εἰπὼν· Ἐὰν, etc. Codex Voss. brevius ὡς ὁ Κύριος ἐδίδαξεν εἰπὼν· Ἔστω σοι ὡσπερ ἐθνικός.

(69) Antiqui duo libri ἣν παρελάβετε, quam accepistis. Reg. secundus ἣν παρέλαβουσαν.

(70) Veteres duo libri cum Voss. πολλαῖς οὔσα. Mox duo mss. προσελθεῖν τῷ Κυρίῳ.

(71) Reg. primus et Combef. αὐτὴν σιχχαίνουσα.

Reg. tertius σιχχαίνουσα. Codex Colb. συχαίνουσα. Editiones veteres σιχχαίνουσα. Fecit novitas vocis, ut tam varie a librariis scriberetur.

(72) Unus ms. φοβουμένη διδάσκαλον. Mox duo mss. τῆς αἰωνίου κολάσεως.

(73) Totum illud, τὸ ἐσπέρας ἀυλισθήσεαι κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις, sumptum est ex Vossii codice et ex Reg. primo.



οὕτω προσελθοῦσα, ψάλλει τῷ Θεῷ, λέγουσα· Ὑψώ-  
σω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ εὐφρανᾶς τοὺς  
ἐχθροὺς μου ἐπ' ἐμέ.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΑ'.

Πῶς κατορθοῖ τις τὸ μῖσος πρὸς τὰ ἁμαρτήματα.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἄει ἐκ τοῦ ἀηθοῦς καὶ λυπηροῦ ἀποτελέσματος τὸ  
μῖσος πρὸς τοὺς αἰτίους τῶν τοιούτων ἐγγίνεται. Ἐάν  
οὖν τις πληροφορηθῇ ὅσων καὶ ἡλίκων κακῶν γίνεται  
αἷτια τὰ ἁμαρτήματα, αὐτομάτως καὶ ἐνδιαθέτως πά-  
σχει τὸ πρὸς αὐτὰ μῖσος, οἷον ἔδειξεν ὁ εἰπών· Ἀδι-  
κίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΒ'.

Πῶς πληροφορηθῇ ἡ ψυχὴ, ὅτι ἀφῆκεν αὐτῇ ὁ Θεὸς τὰ  
ἁμαρτήματα (74).

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐάν θεωρήσῃ ἐαυτὴν (75) ἐν τῇ διαθέσει τοῦ εἰπόν-  
τος· Ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην. Ὁ γὰρ Θεός,  
ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων κατα-  
πέμφας τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱόν, τὸ ὅσον ἐφ' ἐαυτῷ  
προλαβὼν πᾶσιν ἀφῆκεν. Ἐπειδὴ δὲ ἔλεον καὶ κρίσιν  
ἄδει ὁ ἅγιος Δαβὶδ (76), καὶ μαρτυρεῖ, ὅτι ὁ Θεὸς ἐλε-  
ήμων ἐστὶ καὶ δίκαιος, ἀνάγκη τὰ εἰρημένα ὑπὸ τε  
τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων εἰς τοὺς περὶ μετα-  
νοίας τόπους παρ' ἡμῶν γίνεσθαι, ἵνα τὰ κρίματα (77)  
τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ ἀναδειχθῇ, καὶ τὸ ἔλεος αὐ-  
τοῦ εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν τελειωθῇ.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΓ'.

Εἰ χρὴ τὸν μετὰ τὸ βάπτισμα ἐξαμαρτήσαντα (78)  
ἀπογενώσκειν τῆς ἐαυτοῦ σωτηρίας, ἐν πλήθει κακῶν  
εὐρεθέντα· ἢ ἕως ποίου μέτρου ἁμαρτιῶν ἐπελπίζειν  
χρὴ τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ διὰ τῆς μετανοίας.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ πλήθος οἰκτιρμῶν Θεοῦ ἀριθμῆσαι, καὶ μέγε-  
θος ἐλέους (79) Θεοῦ μετρῆσαι δυνατόν, ἐν συγκρίσει  
πλήθους καὶ μεγέθους ἁμαρτημάτων ἢ ἀπόγνωσις  
γινέσθω. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν, ὡς εἰκὸς, καὶ μέτρῳ  
ὑποβάλλεσθαι, καὶ ἀριθμητὰ εἶναι συμβαίνει, Θεοῦ δὲ  
ἔλεος μετρῆσαι καὶ οἰκτιρμούς ἀριθμῆσαι ἀδύνα-  
τον· οὐκ ἀπογνώσεως καιρὸς, ἀλλ' ἐπιγνώσεως ἐλέ-  
ους καὶ καταγνώσεως ἁμαρτημάτων, ὧν ἡ ἄφεσις  
πρόκειται ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ (80), καθὼς  
γέγραπται· Ὅτι δὲ οὐ χρὴ ἀπογενώσκειν, διδασκά-  
μεθα πολλαχοῦ μὲν καὶ πολυτρόπως, μάλιστα δὲ ἐκ  
τῆς παραβολῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ  
τῆς ἐπὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ λαβόντος τὴν τοῦ πατρὸς οὐ-  
σίαν καὶ καταναλώσαντος εἰς ἁμαρτήματα. Οὐ ἢ

<sup>68</sup> Psal. xxix, 2. <sup>69</sup> Psal. cxviii, 163. <sup>70</sup> ibid. <sup>71</sup> Psal. c, 1.

(74) Reg. primus τὰς ἁμαρτίας.

(75) Antiqui duo libri ἐαυτὴν. Reg. tertius αὐτὴν.  
Editi αὐτόν. Mox Reg. primus et Colb. Ὁ γὰρ Θεός.  
Vox Θεός typographis exciderat. Haud longe Reg.  
primus τὸν ἐαυτοῦ μονογενῆ Υἱόν.

(76) Vox Δαβὶδ, addita est ex Vossii veteri libro  
et ex aliis duobus.

(77) Codex Voss. et Colb. τὸ κρίμα. Reg. primus  
ἵνα τὸ κρίμα τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ κατα τὸ ἔλεος

*A niam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos  
super me* <sup>68</sup>.

## INTERROGATIO XI.

*Quomodo oderit quis peccata.*

## RESPONSIO.

Eventus tristis ac molestus semper odium parit  
in eos qui ejusmodi rerum auctores sunt. Si cui  
igitur persuasum sit, quot et quantorum malorum  
causa peccata sint, ea sponte et ex animo prose-  
quitur ejusmodi odio, quale ostendit, qui dixit:  
*Iniquitatem odio habui et abominatus sum* <sup>69</sup>.

## INTERROGATIO XII.

*Quomodo animus habeat persuasum, peccata sibi a  
Deo fuisse remissa.*

## RESPONSIO.

Nempe si viderit affectum se, sicuti illum, qui  
dixit: *Iniquitatem odio habui et abominatus sum* <sup>70</sup>.  
Deus enim cum unigenitum Filium suum pro re-  
missione peccatorum nostrorum demisit, ea quan-  
tum in ipso fuit, omnibus in antecessum condona-  
vit. Quoniam autem misericordiam et judicium  
David sanctus canit <sup>71</sup>, testaturque Deum misericor-  
dem esse et justum, necesse fuerit quæ et pro-  
phetæ et apostoli in locis ubi de pœnitentia agunt,  
retulere, ea a nobis effici, ut appareant judicia  
justitiæ Dei, et misericordia ipsius in condonandis  
peccatis exerceatur.

## INTERROGATIO XIII.

*An oporteat post baptismum peccantem de salute  
desperare, si inveniatur in multitudine peccato-  
rum: aut usque ad cujusmodi mensuram pecca-  
torum sperandum sit in benignitate Dei, per  
pœnitentiam.*

## RESPONSIO.

Si fieri potest ut multitudo miserationum Dei  
numeretur, ac magnitudo misericordiæ Dei men-  
sura quapiam circumscribatur, collata cum multi-  
tudine et magnitudine peccatorum, tunc abjiciatur  
spes omnis. Quod si ea, ut constat, et ad mensu-  
ram et ad numerum redigi possint, fieri autem  
non queat ut metiatur quis Dei misericordiam, ac  
miserationes numeret, non tempus est desperandi,  
sed agnoscendi misericordiam; ac detestandi pec-  
cata, quorum venia **419** proponitur in Christi  
sanguine, velut scriptum est. Quod autem nequa-  
quam desperandum sit, docemur ex multis locis,  
multisque modis, maxime autem ex parabola Do-  
mini nostri Jesu Christi, quæ de eo filio narra-

αὐτοῦ ἀποδειχθῇ, καὶ εἰς ἄφεσιν.

(78) Codex Voss. ἐξαμαρτόντα. Aliquanto post  
unus ms. χρὴ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν.

(79) Sic Voss. et Colb. et Reg. primus. Vox ἐλέους  
in editis desiderabatur. Reg. tertius μέγεθος ἐλέους  
μετρῆσαι.

(80) Reg. primus αἵματι τοῦ Κυρίου. Addita est  
non longe vocula καὶ ex libris veteribus.



tur<sup>72</sup>, qui acceptam hæreditatem paternam insum-  
pserat in peccata. Cujus pœnitentia qualem et  
quantam celebritatem meruerit, ex ipsis Domini  
verbis ediscimus. Sed et per Isaiam dicit Deus:  
*Si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut ni-  
vem dealbabo: et si fuerint ut coccinum, sicut la-  
nam dealbabo*<sup>73</sup>. Quod quidem tantummodo verum  
esse nobis sciendum est, si pœnitentiæ modus ex  
animi affectione peccatum exsecrante eximius et  
excellens adhibeatur, sicut scriptum est tum in  
Veteri, tum in Novo Testamento: et edatur fructus

A μετάνοια οἷας καὶ ὄσης (81) ἐορτῆς ἀξία γέγονεν, ἐξ  
αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ Κυρίου μαυθάνομεν. Καὶ  
διὰ Ἠσαίου δὲ φησὶν ὁ Θεός· Ἐὰν ὦσιν αἱ ἀμαρ-  
τίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν  
δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον (82) λευκανῶ.  
Ὅπερ ὀφείλομεν εἰδέναι ἀληθῆς μόνον, ἐὰν ὁ τρόπος  
τῆς μετανοίας ἐκ διαθέσεως βδέλυτσομένης τὴν  
ἀμαρτίαν ἀξιόλογος γένηται, καθὼς γέγραπται ἐν τε  
Παλαιᾷ καὶ Καινῇ Διαθήκῃ· καὶ ὁ καρπὸς ἀξίος, κα-  
θὼς εἴρηται ἐν τῷ περὶ τούτου ἐπερωτήματι.

dignus uti dictum est in ea, quæ ad hoc per-  
tinet, interrogatione.

#### INTERROGATIO XIV.

*Ex quibus fructibus probanda sit vera  
pœnitentia.*

#### RESPONSIO.

Mores pœnitentium, et affectus recedentium a  
peccato, et studium fructuum pœnitentia digno-  
rum relata sunt in suis locis.

#### INTERROGATIO XV.

*Quid hoc sibi vult: « Quoties peccaverit in me fra-  
ter meus, et remittam ei<sup>74</sup>? » Et in cujusmodi  
peccatis meum est condonare.*

#### RESPONSIO.

Potestas remittendi non absolute tradita est, sed  
consistit in obedientia pœnitentis, et in concordia  
quæ habenda est cum eo, qui animam ipsius curat.  
Scriptum namque est de talibus: *Si duo ex vobis  
consenserint super terram, de omni re quamcunque  
petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cœlis est*<sup>75</sup>.  
At vero de cujusmodi peccatis id sit intelligendum,  
ne quærere quidem licet, cum Testamentum No-  
vum nullum nobis discrimen indicet, sed quibus-  
libet rite pœnitentibus polliceatur veniam ejus-  
que: et maxime, cum Dominus ex sua ipsius per-  
sona pollicitus sit de omni re.

#### 420 INTERROGATIO XVI.

*Cur aliquando anima etiam sine conatu, dolore ne-  
turaliter fere quasi illapso, compungatur, ali-  
quando vero ita doloris expers sit, ut etiam co-  
natu adhibito compungi non possit.*

#### RESPONSIO.

Talis quidem compunctio donum Dei est, aut ad  
excitandum desiderium, ut animus gustata doloris  
ejusmodi dulcedine, eum excolere studeat, aut ad  
id demonstrandum, posse animum diligentioris stu-  
dii ope in assidua compunctione versari, ut nullus  
sit excusationi locus iis qui illam ex negligentia

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΔ'

B Ἐκ ποίων καρπῶν ὀφείλει δοκιμάζεσθαι ἡ ἀληθῆς  
μετάνοια.

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ τρόπος τῶν μετανοούντων (83) καὶ ἡ διάθεσις τῶν  
ἀναχωρούντων τοῦ ἀμαρτήματος, καὶ ἡ σπουδὴ τῶν  
ἀξίων καρπῶν τῆς μετανοίας εἴρηται ἐν τοῖς ἰδίοις τόποις.

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΕ'.

Τί ἐστὶ τὸ, « Ποσάκις ἀμάρτη (84) εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός  
μου καὶ ἀφήσω αὐτῷ; » Καὶ ἐπὶ ποίοις ἐμὸν ἐστὶν  
ἀφιέναι.

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἡ ἐξουσία τοῦ ἀφιέναι οὐκ ἀπολύτως δέδοται· ἀλλ'  
ἐν ὑπακοῇ τοῦ μετανοούντος, καὶ συμφωνίᾳ πρὸς τὸν  
ἐπιμελούμενον (85) αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. Γέγραπται γὰρ  
ἐπὶ τῶν τοιούτων, ὅτι Ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν  
ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ παντὸς πράγματος οὐ ἐνν αἰτήσω-  
νται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ Πατρὸς μου τοῦ ἐν  
οὐρανοῖς. Τὸ δὲ ἐπὶ ποίοις οὐδὲ ἐρωτᾶν (86) ἐστὶ,  
τῆς Καινῆς Διαθήκης διαφορὰν ἡμῖν μηδεμίαν δηλω-  
σάσης (87), πάσης δὲ ἀμαρτίας τὴν ἄφεσιν τοῖς ἀξιολό-  
γως μετανοοῦσιν ἐπαγγελλομένης· καὶ μάλιστα τοῦ  
Κυρίου ἐξ ἰδίου προσώπου ἐπαγγελαμένου περὶ παντὸς  
πράγματος.

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ις'.

Διὰ τί ποτὲ μὲν ἡ ψυχὴ καὶ μὴ σπουδάζουσα, αὐτομά-  
τως σχεδὸν ὡς (88) ἐμπεσόντος πόνου, καταλύσσε-  
ται· ποτὲ δὲ ἄπονος οὕτως ἐστὶν, ὡς καὶ βιαζομένη  
καταφυγεῖν μὴ δύνασθαι.

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἡ μὲν τοιαύτη κατάνυξις Θεοῦ ἐστὶ δῶρον, ἡ εἰς  
ἐρεθισμὸν τῆς ἐπιθυμίας, ἵνα γευσασμένη ἡ ψυχὴ τῆς  
γλυκύτητος τοῦ τοιούτου πόνου, σπουδᾶσῃ τοῦ-  
τον ἐξομαλίσαι· ἡ εἰς ἀπόδειξιν τοῦ δύνασθαι τὴν  
ψυχὴν διὰ σπουδαιοτέρας ἐπιμελείας (89) ἐν κατα-  
νύξει εἶναι πάντοτε, πρὸς τὸ ἀναπολόγητον τῶν διὰ

<sup>72</sup> Luc. xv, 13 sqq. <sup>73</sup> Isa. i, 18. <sup>74</sup> Matth. xviii, 21. <sup>75</sup> ibid. 19.

(81) Reg. primus μετάνοια οἷα καὶ ὄσης. Ibidem  
Colb. καὶ πόσης ἐορ.

(82) Codex Voss ὡσεὶ ἔριον. Mox idem ms. et alii  
duo εἰδέναι ἀκριβῶς μόνον.

(83) Sic veteres quatuor libri. Illud, τῶν μετανο-  
ούντων, abest a vulgatis.

(84) Reg. primus ἀμαρτήσῃ, peccabit. Mox idem  
et Voss. τὸ ἀφιέναι.

(85) Reg. tertius et Voss. πρὸς τὸν ἐπιμελούμενον.

(86) Codex Voss. et alter ms. οὔτε ἐρωτᾶν.

(87) Reg. primus μηδεμίαν δηλούσης. Aliquanto  
post idem ms. et Voss. προσώπου ἐπαγγελλομένου.

(88) Voculam ὡς ex antiquis tribus libris addi-  
dimus.

(89) Unus ms. σπουδαιοτέρας ἐπιθυμίας καὶ ἐπιμε-  
λείας. Haud longe duo mss. ταύτην ἀποβαλλόντων.



ῥαθυμίας ταύτην ἀποβαλόντων· τὸ δὲ βιάζεσθαι καὶ μὴ δύνασθαι, ἅμα μὲν ἔλεγχος τῆς ἐν τῷ ἄλλῳ χρόνῳ ἀμελείας ἡμῶν (οὐ γὰρ δυνατόν ἄνευ μελέτης καὶ συγγυμνασίας πλείονος καὶ συνεχοῦς (90), ἐξαίφνης ἐπιτε παρελθόντα, περιγενέσθαι αὐτοῦ)· ἅμα δὲ δείκνυσι τὴν ψυχὴν ὑφ' ἐτέρων παθῶν κυριευμένην, καὶ ὑπ' ἐκείνων οὐδὲ πρὸς ἅ βούλεται, ἐλευθεριάζειν ἐπιτρεπομένην, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον θεώρημα, εἰπόντος· Ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι (91), πεπραμένος ὑπὸ τῆν ἁμαρτίαν. Οὐ γὰρ ὁ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὁ μισῶ, τοῦτο ποιῶ· καὶ πάλιν· Νῦν δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία· τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦτο συμβαίνειν ἡμῖν εἰς ἀγαθὸν συγχωρήσαντος, ἐὰν ἄρα δι' ὧν ἀκουσίως πάσχει ἡ ψυχὴ, εἰς αἴσθησιν (92) ἔλθοι τοῦ κρατοῦντος, καὶ γνωρίσασα ἑαυτὴν ἐν οἷς ἀκουσίως, δουλεύει τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀνανήψῃ ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐτοιμον εὐρίσκουσα τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς ἀντίληψιν τῶν γνησίως μετανοούντων.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΖ'.

Ἐάν τις κατὰ νοῦν μνημονεύσῃ τοῦ φαγεῖν, εἴτα καταγνώσῃ ἑαυτοῦ, εἰ καὶ οὗτος ὡς μεριμνήσας ἐγκληθήσεται.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ μὲν, τῆς φύσεως μὴ ἐνοχλοῦσης, πρὸ καιροῦ τῆς πείνης ἡ μνήμη γίνεται (93), πρόδηλος μὲν ὁ μετεωρισμὸς τῆς ψυχῆς, κατηγορῶν αὐτῆς τὴν τε περὶ τὰ παρόντα προσπάθειαν καὶ τὴν περὶ τὰ ἀρέσκοντα Θεῷ ῥαθυμίαν· ἐτοιμον δὲ καὶ οὕτως τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος. Καταγνοῦς γὰρ τις ἑαυτοῦ, τῷ λόγῳ τῆς μετανοίας ἀπολέλυται τοῦ ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φυλάξῃται τοῦ λοιποῦ τὸν ὀλισθόν, μνημονεύων τοῦ Κυρίου εἰπόντος· Ἴδε ὑγιῆς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χειρόν τί σοι γένηται. Εἰ δὲ, τῆς φύσεως ἀναγκαζούσης, καὶ τῆς πείνης κρατούσης, ἡ μὲν αἴσθησις τὴν μνήμην κινεῖ, νικᾷ δὲ ὁ λογισμὸς τῇ περὶ τὰ κρείττονα σπουδῇ τε (94) καὶ σχολῇ, οὐχ ἡ μνήμη καταγνώσεως ἀξία, ἀλλ' ἡ νίκη ἐπαίνου.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΗ'.

Εἰ χρὴ ἐν ἀδελφότητι τῷ ἐξαμαρτήσαντι ποτε φροντίδα τινὰ ἐγχειρίζειν μετὰ πολλὴν ἀσκησιν· καὶ εἰ χρὴ, ποίαν ταύτην.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Μνημονεύοντες τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, Ἀπόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίους καὶ Ἑλλήσι, καὶ

<sup>76</sup> Rom. vii, 14, 15. <sup>77</sup> ibid. 17. <sup>78</sup> Joan. v, 14.

(90) Reg. tertius et Voss. καὶ συγγυμνασίας μείζονος καὶ συνεχοῦς. Codex Colb. ἄνευ πολλῆς μελέτης καὶ γυμνασίας μείζονος καὶ συνεχοῦς καὶ ἀπαραλείπτου, ἐξαίφνης ἐπὶ εὐχὴν παρελθόντα, περιγίνεσθαι ἑαυτοῦ.

(91) Veteres aliquot libri σαρκικός εἰμι. Editi σαρκικός. Aliquanto post Reg. primus Νῦν δέ. Subinde codex Voss. εἰς ἀγαθὸν συγχωροῦντος.

(92) Antiqui duo libri cum Voss. ψυχὴ εἰς διόρθωσιν, si videlicet emendet affectum dominantem. Alii duo mss. et editi εἰς αἴσθησιν. Pro ἔλθοι mss. non-

peccati iudicium, intelligi potest primo quidem ex  
sententia Domini, qui in universum dixit<sup>26</sup>: *Qui-  
squis non obedit Filio, non videbit vitam: sed ira  
Dei manebit super eum:* deinde ex historiis etiam,  
quæ tum in Veteri, tum in Nova Scriptura refe-  
runtur. Ecce enim quando Achar furatus est lin-  
guam auream et vestem, iratus est Dominus omni  
populo, idque tum peccati auctorem, tum pecca-  
tum ipsum ignorantem, donec detectus esset is, cuius  
jam facta est mentio, ac **431** horrendum illud  
exitium una cum suis omnibus subiisset<sup>27</sup>. Heli  
vero, etiamsi silentio non ferret filios suos, qui  
erant filii pestilentes, sed sæpenumero commonis-  
set ipsos, ac dixisset<sup>28</sup>: *Nolite, filii, non bona au-  
dio de vobis;* itemque longiore sermone et peccati  
absurditatem et inevitabilem condemnationem pa-  
tefecisset, quoniam tamen non penitus ultus fue-  
rat, neque in eos ostenderat idoneam æmulatio-  
nem, adeo exasperavit iram Dei, ut et populus una  
cum filiis ipsius interemptus sit, et capta sit ab  
alienigenis arca ipsa, et ipse quoque miseranda  
morte interierit. Quod si adversus eos qui sceleris  
auctori conscii non fuerunt, imo qui prohibuerunt  
peccatum, et testimonium reddidere adversus  
illud, ira tanta exarsit, ecquid quis dicere poterit  
de iis qui sciunt, et tamen conticescunt? Qui qui-  
dem, nisi ea præstiterint quæ ab Apostolo ad Co-

<sup>23</sup> Gen. iii, 17.

<sup>24</sup> Levit. xix, 17.

<sup>25</sup> Matth. xviii, 15-17.

<sup>26</sup> Joan. iii, 36.

<sup>27</sup> Josue vii, 21-26.

<sup>28</sup> I Reg. ii, 24.

(59) Unus ms. ἐάν ἀμαρτήσῃ.

(60) Reg. primus et Voss. σταθῆ πᾶν ῥῆμα.

(61) Antiqui duo libri et editio Paris. χρυσῆν καὶ  
τὴν στολὴν, ἐπὶ. Alii duo mss. præter Voss. et Com-  
bef. χρυσῆν, καὶ τὴν ψιλὴν, ἐπὶ. Editio Veneta  
utramque lectionem præfert, sic ut in contextu  
habeat ψιλὴν, in margine vero στολὴν. Lege notas  
Nobilii.

(62) Codex Voss. παισὶ τοῖς ἰδίους, una cum suis  
pueris. Editi et duo mss. pro παισὶ habent πᾶσι.  
Haud longe vox υἱοὶ addita est ex tribus codicibus.  
Subinde mss. tres cum Voss. αὐτοῖς παραινέσας.  
Reg. secundus perinde ut editi αὐτούς. Hoc ipso in

loco codex Voss. Μὴ, τέκνα, υἱοὶ, μὴ ἀγαθὰ.

(63) Reg. primus, τοῦ Θεοῦ, ὡς τε καὶ τὴν κιβωτὸν  
τοῦ Θεοῦ ληφθῆναι, καὶ τὸν λαόν τοῦ Θεοῦ τοῖς υἱοῖς  
αὐτοῦ συναναλωθῆναι ὑπὸ τῶν ἄλλοφύλων, καὶ αὐτὸν  
ἐπὶ τούτοις. Codex Voss. τὸν λαόν τοῦ Θεοῦ... τὴν  
κιβωτὸν ἀναλωθῆναί τε καὶ αὐτόν.

(64) Reg. primus manu recentiore τῶν μὴ κωλυ-  
σάντων· sed particulam negantem inepte additam  
esse vident, opinor, omnes. Ibi enim sermo est de  
Heli; deque reliquis ejus similibus, qui prohibent  
quidem peccatum, sed mollius. Mox Reg. tertius  
τοιαύτη ἡ ὀργή.



rinthios dicta sunt, his verbis<sup>29</sup>: *Quare non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit? ac etiam quæ deinceps ipsos fecisse testatus est ipse, cum scripsit*<sup>30</sup>: *Ecce enim hoc ipsum, quod secundum Deum contristati estis, quantam in vobis operatum est sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam; in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in hoc negotio; periclitantur omnino omnes simul hoc etiam tempore idem exitium subire, aut etiam tanto gravius, quanto legis Mosaicæ contemplore deterior est qui Dominum spernit*<sup>31</sup>, patratque idem quod ille qui ante peccavit, ac etiam ante damnatus est. *Septies enim vindicatum est de Cain: de Lamech vero in simile peccatum lapso septuagies septies*<sup>32</sup>.

#### INTERROGATIO XLVIII.

*Quo termino definiatur avaritia.*

#### RESPONSIO.

Cum quis transgressus fuerit legis limitem. Contingit autem hoc juxta Vetus Testamentum, cum quis majorem sui ipsius quam proximi curam suscipit: scriptum est enim: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*<sup>33</sup>; at vero juxta Evangelium, quando quis suimet causa aliquid præter res pro instanti die necessarias expetit, velut is, qui audit: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quæ autem parasti, cujus erunt*<sup>34</sup>? Quibus magis generatim adjungit: *Sic quisibi thesaurizat, et non est in Deum dives*<sup>35</sup>.

#### 432 INTERROGATIO XLIX

*Quid est perperam agere.*

#### RESPONSIO.

Quidquid non ob necessitatem, sed propter ornatum atque jactantiam assumitur, id tanquam res perperam acta accusatur.

#### INTERROGATIO L.

*Si quis vestimentis pretiosioribus rejectis, aliud vile, sive pallium, sive calceamentum ita velit, ut sibi conveniat, isne peccat, aut quali morbo laborat.*

#### RESPONSIO.

Quisquis, hominibus placiturus, vult ut deceat se vestis, eum liquet morbo complacendi hominibus

<sup>29</sup> I Cor. v, 2. <sup>30</sup> II Cor. vii, 11. <sup>31</sup> Hebr. x, 29. <sup>32</sup> Genes. iv, 24. <sup>33</sup> Levit. xix, 18. <sup>34</sup> Luc. xii, 20. <sup>35</sup> ibid. 21.

(65) Antiqui tres libri τὰ ἐξῆς, αὐτοῖς. Editi τοῖς αὐτοῖς. Ibidem unus ms. cum Voss. ἐγγράφαντος. Haud longe vocula ἐν addita est ex antiquis tribus libris.

(66) Sic Vossii codex et alii duo. Illud ἐν παντί συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἄγνοους εἶναι ἐν τῷ πράγματι, deerat in vulgatis.

(67) Illud, τὸ ὅμοιον ἁμαρτόντος, non legitur neque in Colb. neque in Reg. primo: sed hæ voces in aliis quibusdam veteribus libris reperiuntur, quemadmodum et in vulgatis.

ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου πρὸς τοὺς Κορινθίους εἰρημένα, εἰπόντος· Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῆ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας; καὶ τὰ ἐξῆς αὐτοῖς (65) ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρηθέντα γράψαντος· Ἴδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι, πόσῃ ἐν ὑμῖν κατειργάσατο σπουδὴν· ἀλλὰ ἀπολογία, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλὰ ἐκδικήσιν· ἐν παντί συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἄγνοους εἶναι ἐν τῷ πράγματι (66)· κινδυνεύουσι πάντως καὶ νῦν ὁμοῦ πάντες τὸν αὐτὸν ὄλεθρον ὑποστῆναι, ἢ καὶ χεῖρονα, ὅσῃ χείρων τοῦ ἀθετήσαντος νόμον Μωσέως ὁ ἀθετῶν τὸν Κύριον, καὶ ὁ τὸ αὐτὸ τῷ προημαρτηκότι καὶ προκατακριθέντι τολμήσας. Ἐπτάκις μὲν γὰρ ἐκδεδίχεται ἐκ Κάϊν, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, τὸ ὅμοιον ἁμαρτόντος (67).

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΗ

*Ἡ πλεονεξία μέχρι τίνος κρίνεται.*

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὅταν ὑπερβῆ τις τοῦ νόμου τὸν ὄρον. Ἔστι δὲ τοῦτο κατὰ μὲν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην τὸ πλεόν ἑαυτοῦ φροντίσαι ἢ τοῦ πλησίον (68)· γέγραπται γάρ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν· κατὰ δὲ τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ πλεόν τῶν πρὸς τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν ἀναγκαίων σπουδάσαι τι (69) ἑαυτοῦ ἐνεκεν, ὡς ὁ ἀκούσας· Ἄφρον, ταύτη τῇ νυκτὶ τὴν ψυχὴν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἠτοίμασας, τίνοι ἔσται; Οἷς ἐπιφέρει καθολικώτερον Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν.

C

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΘ'

*Τί ἐστι τὸ περπερεύεσθαι.*

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἦν δὲ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν (70).

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ν'

Ἐάν τις τὰ μὲν πολυτελέστερα τῆς ἐσθῆτος ἀπωθῆται, αὐτὸ δὲ τὸ εὐτελές, εἴτε ἱμάτιον εἴτε ὑπόδημα οἰονεὶ θέλῃ (71) ἵνα πρέπη αὐτῷ, εἰ ἁμαρτάνει, ἢ ποῖον πάθος νοσεῖ.

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ θέλων ἵνα πρέπη αὐτῷ πρὸς τὸ ἀνθρώποις ἀρέσαι, φανερός ἐστίν ἀνθρωπαρέσκεια νοσῶν, καὶ

(68) Voculam ἢ addidimus ex Reg. primo.

(69) Sic veteres quatuor libri. Editi σπουδάσαι τινά. Ibidem Reg. primus ὡς ἀκούσαι.

(70) Cicero in epistola undecima libri primi ad Atticum verbum περπερεύεσθαι accepit quoque pro eo, quod est, *jactare et ostentare* sc. Ejus hæc sunt verba: *Ego autem ipse, dii boni, quomodo ἐνεπερπερεύσάμην novo auditori Pompeio? Idem verbum et alibi eodem modo acceptum reperias. Lege Duæum.*

(71) Veteres duo libri οἰονεὶ θέλει.



μετρωριζόμενος, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ πάθος τῆς περιπερείας καὶ ἐν αὐτοῖς ὑτελέτι πληροφορῶν.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΑ΄.

Τι ἐστὶ Ῥακά (72).

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐπιχώριον ῥῆμα ἠπιωτέρας ὕβρεως, πρὸς τοὺς οἰκειοτέρους λαμβανόμενον.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ.

Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος ποτὲ μὲν, « Μὴ γινώμεθα (73) κενόδοξοι » ποτὲ δὲ, « Μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείᾳ (74) ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, » τίς ὁ κενόδοξος, καὶ τίς ὁ ἀνθρωπάρεσκος.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Λογίζομαι, ὅτι κενόδοξος μὲν ἐστὶν ὁ, ψιλῆς ἕνεκεν τῆς ἐν κόσμῳ δόξης, τῆς παρὰ τῶν ὀρώντων ἢ ἀκούοντων, ποιῶν τι ἢ λέγων· ἀνθρωπάρεσκος δὲ ὁ πρὸς τὸ θέλημα τινος ἀνθρώπου εἰς ἀρέσκειαν αὐτοῦ ποιῶν, καὶ ἀτιμίας ἀξίον ἢ τὸ γινόμενον.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΓ΄.

Τίς ἐστὶν (75) ὁ μολυσμὸς τῆς σαρκός, καὶ τίς ὁ μολυσμὸς τοῦ πνεύματος· καὶ πῶς αὐτῶν καθαρῶσομεν· ἢ τίς ὁ ἁγιασμὸς· καὶ πῶς αὐτὸν κτησόμεθα.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Μολυσμὸς ἂν εἴη σαρκὸς μὲν τὸ ἀναμίγνυσθαι τοῖς αὐτουργοῦσι (76) τὰ ἀπηγορευμένα, πνεύματος δὲ τὸ ἀδιαφορεῖν πρὸς τοὺς φρονούντας ἢ ποιούντας τὰ τοιαῦτα. Καθαρεύει δὲ τις, ὅταν ἀνάσχηται τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος τῷ τοιοῦτῳ μηδὲ συνεσθίειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἢ ὅταν πάθῃ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ· Ἄθυμία κατέσχε με ἀπὸ ἀμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιπαρόντων τὸν νόμον σου· καὶ λύπην τοιαύτην ἐνεῖξεται, οἷαν ἐπεδείξαντο (77) οἱ Κορίνθιοι, ὅποτε ἐνεκλήθησαν, ὅτι πρὸς τὸν ἀμαρτήσαντα ἀδιαφόρως διετέθησαν, ἐν παντὶ συστήσαντες ἑαυτοὺς ἄγνοους εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Ἁγιασμὸς δὲ ἐστὶ τὸ ἀνακεῖσθαι τῷ ἁγίῳ Θεῷ ἐξ ὀλοκλήρου, καὶ ἀδιαστάτως ἐν παντὶ καιρῷ, διὰ φροντίδος καὶ σπουδῆς τῶν αὐτῶ ἀρεσκόντων. Τὸ τε γὰρ λελωθημένον ἐν τοῖς ἀναθήμασι ἀπρόσδεκτον, καὶ τὸ ἅπαξ ἀνατεθὲν τῷ Θεῷ (78) εἰς κοινὴν καὶ ἀνθρωπίνην χρῆσιν ἐλεκεῖν ἄσεβες καὶ ἀτόλμητον (79).

<sup>36</sup> Matth. v, 22. <sup>37</sup> Galat. v, 26. <sup>38</sup> Ephes. vi, 6. <sup>39</sup> I Cor. v, 11. <sup>40</sup> Psal. cxviii, 53. <sup>41</sup> II Cor. vii, 11.

(72) Editi et unus ms. ῥακά. Alii duo mss. ῥακά.

(73) Reg. primus Μὴ γινώμεθα.

(74) Codex Colb. ἐν ὀφθαλμῷ δουλείας. Mox Reg. secundus perinde ut editi ποιῶν τι καὶ λέγων. Alii tres mss. ποιῶν τι ἢ λέγων.

(75) Antiqui tres libri τίς ἐστὶν. Editi τί ἐστὶν. Statim editi πῶς αὐτοῦ. Veteres duo libri αὐτῶν, rectius. Ibidem Colb. καθαρῶσομεν. Hoc ipso in loco duo mss. ἢ τίς ὁ ἁγιασμὸς. Editi ἢ τίς.

## INTERROGATIO LI.

Quid sit Raca <sup>36</sup>.

## RESPONSIO.

Vernaculum verbum est, contumeliam mitiorem significans, quod erga familiares usurpatur.

## INTERROGATIO LII.

Cum Apostolus dicat, modo quidem: « Non efficiamur inanis gloriæ cupidi <sup>37</sup>; » modo vero: « Non ad oculum servientes, quasi hominibus placere studentes <sup>38</sup>; quis est inanis gloriæ cupidus, et quis est, qui placere hominibus studet.

## RESPONSIO.

Cupidum quidem inanis gloriæ arbitror esse eum, qui ob tenuem mundi gloriam, a spectato-ribus aut ab auditoribus accipiendam, facit aliquid aut dicit; studiosum vero complacendi hominibus eum qui ad alicujus hominis arbitrium, ipsi placiturus, aliquid peragit, etiamsi id quod efficitur, sit ignominia dignum.

## 433 INTERROGATIO LIII.

Quodnam sit inquinamentum carnis, et quodnam sit spiritus iniuinamentum, et quomodo ab ipsis purgabimus nosmetipsos: aut quæ est sanctimonia, et quomodo ipsam adipiscemur.

## RESPONSIO.

Carnis quidem inquinamentum fuerit, admisceri iis qui patrant prohibita: spiritus vero, indifferentem esse erga eos qui talia sentiunt, aut peragunt. Purus est autem aliquis, cum obedit Apostolo, qui dixit <sup>39</sup>, ne cibum quidem cum ejusmodi homine sumendum esse, et quæcunque sunt in hanc sententiam; aut cum in se sentiet quod a Davide dictum est <sup>40</sup>: *Tædium tenuit me a peccatoribus dereliquentibus legem tuam*, talemque mœstítiam ostenderit, qualem ostenderunt Corinthii, quando ipsis vitio datum est, quod erga eum qui peccaverat, fuerant indifferenter affecti <sup>41</sup>: siquidem in omnibus testificati sunt se in eo negotio puros fuisse. Sanctimonia autem est, additum esse Deo sancto integre, et indesinenter omni tempore, iis, quæ ipsi accepta sunt, curandis, diligenterque agendis. Nam quod mutilatum est, nequaquam accipitur inter sacra dona; et quod semel dedicatum est Deo, in communem et humanum usum reducere impium est et horrendum.

(76) Reg. primus τοῖς αὐτουργοῦσι μέλλουσι.

(77) Codex Colb. ἐπιδείξεται, οἷαν ἐδείξαντο. Ibidem Reg. primus ἐνεκλήθησαν ὅτε. Mox alius ms. ἀδιαφόρως προσετέθησαν.

(78) Editi ἀνατεθὲν τῷ Θεῷ Antiqui tres libri ἀνατεθέν.

(79) Editiones priscae perinde ut duo mss. καὶ ἀτόλμητον, horrendum, non audendum. Reg. primus et Voss. καὶ τολμηρόν. temerarium.



## INTERROGATIO LIV.

*Quid sit amor suiipsius : item quomodo qui suiipsius amans est semetipsum cognoscat.*

## RESPONSIO.

Multa dicuntur improprie, velut illud : *Qui amat animam suam, perdet eam : et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam* <sup>42</sup>. Amans igitur suiipsius est, qui seipsum amat. Agnoscit autem seipsum, si quæ facit, ea faciat sui causa ; etiamsi id quod efficitur, juxta mandatum fuerit. Nam requiei suæ gratia, aliquid omittere eorum, quæ sive in animo sive in corpore attineant ad fratris utilitatem, hoc vel ab aliis etiam habetur ceu manifestum amoris suiipsius vitium, cujus finis interitus est.

## INTERROGATIO LV.

*Quod sit discrimen inter amaritudinem, furorem, iram et excandescentiam.*

## RESPONSIO.

Furoris quidem et iræ discrimen in animi forte affectione et motu consistit : quandoquidem qui irascitur, in solo animi affectu perturbationem patitur, uti indicat qui dixit : *Irascimini*, **434** *et nolite peccare* <sup>43</sup> ; qui autem furit, præterea præ se fert majus quiddam : *Furor enim illis*, inquit, *secundum similitudinem serpentis* <sup>44</sup> ; item : *Herodes furens pugnavat adversus Tyrios et Sidonios* <sup>45</sup>. Denique vehementior ille qui ex furore oritur motus nominatur excandescencia : amaritudo vero graviolem quamdam mali stabilitatem ostendit.

## INTERROGATIO LVI.

*Cum Dominus hanc protulerit sententiam : « Qui se exaltat, humiliabitur » <sup>46</sup> ; » item cum præcipiat Apostolus : « Ne alta sapiamus » <sup>47</sup>, » et alio in loco dicat : « Arrogantes, superbi, elati » <sup>48</sup> : « et iterum, « Charitas non inflatur » <sup>49</sup>, » quis est qui altum sapit, et quis arrogans, et quis superbus, et quis elatus, aut quis inflatus.*

## RESPONSIO.

Sane qui alta sapit, is fuerit, qui seipsum extollit, qui ob sua recte facta de se sentit magnifice, seque offert exemplo Pharisæi illius <sup>50</sup>, nec dimittit se ad humilia. Quin et idem ille dici possit inflatus, quo crimine accusati sunt Corinthii <sup>51</sup>. Arrogans autem est, qui non ambulat juxta instituta, neque facit, ut incedat secundum eamdem regulam, idemque sentiat <sup>52</sup> : sed qui potius propriam comminiscitur justitiæ viam atque pietatis. Superbus autem est, qui de iis, quæ habet, jactat se, quique supra quam est, studet videri. Elatus vero aut forte est idem qui superbus, aut non longe ab

<sup>42</sup> Joan. xii, 25. <sup>43</sup> Psal. iv, 5. <sup>44</sup> Psal. lvi, 5. <sup>45</sup> Act. xii, 20. <sup>46</sup> Luc. xviii, 44. <sup>47</sup> Rom. xi, 20. <sup>48</sup> II Tim. iii, 2. <sup>49</sup> I Cor. xiii, 4. <sup>50</sup> Luc. xviii, 41. <sup>51</sup> Cor. v, 2. <sup>52</sup> Philipp. iii, 16.

(80) Codex Voss. εἴη τὰ γνώμενα. Reg. primus εἴη τὰ γινόμενα.

(81) Reg. primus et Voss. καὶ ἐν ἄλλοις.

(82) Unus ms. ὅτι Πᾶς ὁ ὑψῶν. Nec ita multo post Reg. primus et Voss. μὴ ὑψηλόφρονεῖν. Hoc ipso in loco codex Voss. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγ.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΑ΄

Τί ἐστὶ φιλαυτία, καὶ πῶς γνωρίζει ἑαυτὸν ὁ φιλαυτός.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Πολλὰ καταχρηστικῶς λέγεται, ὡσπερ' τό· Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτὴν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτὴν. Φιλαυτός οὖν ἐστὶν ὁ ἑαυτὸν δὴθεν φιλῶν. Γνωρίζει δὲ ἑαυτὸν, ἐὰν ἀπερποιεῖ δι' ἑαυτὸν ποιῆ, καὶ κατ' ἐντολὴν ἢ τὸ γινόμενον (80). Τὸ γὰρ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἀναπαύσεως ἐλλεῖψαι τι τῶν πρὸς τὴν χρείαν τοῦ ἀδελφοῦ, εἴτε κατὰ ψυχὴν εἴτε κατὰ σῶμα, φανερόν ἦδη καὶ τοῖς ἄλλοις (81) ἔχει τῆς φιλαυτίας τὴν κακίαν, ἧς τὸ τέλος ἀπώλεια.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΕ΄

Ποία διαφορὰ πικρίας, καὶ θυμοῦ, καὶ ὀργῆς, καὶ παροξυσμοῦ.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Θυμοῦ μὲν καὶ ὀργῆς ἡ διαφορὰ τάχα ἐν διαθέσει καὶ ὁρμῇ κεῖται· τοῦ μὲν ὀργιζομένου ἐν διαθέσει μόνῃ ἔχοντος τὸ πάθος, ὡς δὴλοῖ ὁ εἰπών. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· τοῦ δὲ θυμουμένου ἦδη τι καὶ πλέον δεικνύοντος· θυμὸς γὰρ αὐτοῖς, φησί, κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ἄρεως· καὶ, Ὁ Ἡρώδης ἦν θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις. Καὶ τὸ σφοδρότερον ἀπὸ θυμοῦ κίνημα παροξυσμὸς ὀνομάζεται· ἡ δὲ πικρία κατασκευὴν δεινότεραν τῆς κακίας ἐμφαίνει.

## C

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Νς΄

Τοῦ Κυρίου ἀποφνημαμένου, ὅτι « Ὁ ὑψῶν (82) ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται » καὶ τοῦ Ἀποστόλου παραγγέλλοντος, « Μὴ τὰ ὑψηλά φρονεῖν » καὶ ἀλλαχοῦ λέγοντος· « Ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, τετυφωμένοι » καὶ πάλιν· « Ἡ ἀγάπη οὐ φυσιοῦται » τίς ἐστὶν ὁ ὑψηλόφρων, καὶ τίς ὁ ἀλαζόν, καὶ τίς ὁ ὑπερήφανος, τίς δὲ ὁ τετυφωμένος ἢ τίς ὁ (83) ρερυσιωμένος.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐπι τοῖς προσούσιον αὐτῷ κατορθώμασι μεγαλοφρονῶν καὶ ἐπαιρούμενος, κατὰ τὸν φαρισαίου ἐκεῖνον, καὶ μὴ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενος. Ὁ αὐτὸς δ' ἂν λέγοιτο καὶ περυσιωμένος, κατὰ τὸ Κορινθίον ἐγκλημα. Ἀλαζόν δὲ ὁ μὴ στοιχῶν τοῖς νεομοθετημένοις, μηδὲ πληρῶν τὸ τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν· ἰδίαν δὲ ὁδὸν δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας ἐπινοῶν. Ὑπερήφανος δὲ ὁ ἐπὶ τοῖς προσούσιον αὐτῷ κομπάζων, καὶ ὑπὲρ ὃ ἐστὶ, φαίνεσθαι ἐπιτηδεύων. Τετυφωμένος δὲ ἢ ὁ αὐτὸς (84) ἐστὶ τάχα τῷ ὑπερηφάνῳ, ἢ ἐγγὺς τούτου, κατὰ τὸ ὑπὸ

(83) Reg. primus τετυφωμένος καὶ τίς ὁ. Mox idem ms. μὲν ἂν εἴη καὶ ἑαυτὸν ὑψῶν. Reg. tertius Ἐπι τοῖς προσούσιον μὲν ἐστὶν ὁ ἑαυτὸν. Mox duo mss. κατορθώμασι μεγαλοφρονῶν.

(84) Regii primus et tertius ἢ ὁ αὐτὸς, bene. Editi ἢ αὐτὸς.



τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον· Τετύρωται, μηδὲν ἐπι-  
στάμενος.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΖ.

Ἐάν τις ἐλάττωμα ἔχη ἀδιόρθωτον, καὶ συνεχέστερον  
καταγινωσκόμενος βλάπτηται, εἰ συμφέρει μᾶλλον  
ἐπαριέναι (85) αὐτῷ.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ εἶρηται, ὅτι τοὺς ἁμαρτάνοντας  
ἐπιστρέφει μακροθύμως θεῖ, κατὰ τὸν ὑποδειγμένον  
τρόπον παρὰ τοῦ Κυρίου. Ἐάν δὲ μὴ ἀρκέσῃ αὐτῷ  
πρὸς ἐπιστροφήν ἢ τῶν πλείονων κατὰ γνώσιν καὶ  
ἐπιτίμησιν, ὡς τῷ Κορινθίῳ, ὡς ἐθνικὸν ὀρᾶσθαι χρὴ  
τὸν τοιοῦτον. Ἐναρῖσθαι δὲ τὸν ὑπὸ τοῦ Κυρίου  
κατακεκριμένον κατ' οὐδένα τρόπον ἀσφαλὲς οὐδενί,  
τοῦ μὲν Κυρίου εἰπόντος, ὅτι συμφέρει ἵνα τις, ἕνα  
ὄφθαλμον, ἢ μίαν χεῖρα, ἢ ἕνα πόδα ἀπολέσας, **B**  
εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν, ἢ ἐν τῷ φείσασθαι τινος  
τούτων (86), ὅλος βληθῇ εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός,  
ὅπου ἐστὶν ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων·  
καὶ τοῦ Ἀποστόλου μαρτυροῦντος, ὅτι μικρὰ ζύμη  
ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΗ'

Ὁ κατ' ἐπιτήδευσιν ψευδάμενος κρίνεται μόνον; ἢ καὶ  
ὁ κατὰ ἀγνοίαν τι παρὰ τὸ ἀληθὲς ἀπολύτως φθει-  
ξάμενος;

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὸ κρίμα τοῦ Κυρίου καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ ἀγνοίαν  
ἁμαρτανόντων φανερόν, εἰπόντος· Ὁ (87) μὴ γνοῦς,  
ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, θαρῆσεται ὀλίγας, Πανταχοῦ  
δὲ ἡ ἀξιόλογος μετάνοια (88) βεβαίαν ἔχει τὴν ἐλπίδα  
τῆς ἀφέσεως.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΘ'.

Ἐάν ἐνθυμηθῇ τις μόνον ποιῆσαι τι, καὶ μὴ ποιῆσῃ,  
εἰ καὶ οὗτος ὡς ψεύστης κρίνεται.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Εἰ κατ' ἐντολήν ἐστὶν ὁ ἐνεθυμηθῆ ποιῆσαι, οὐχ  
ὡς ψεύστης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀπειθής κατακρίνεται.  
Ἐτάζων γὰρ καρδίας καὶ νεφρούς ὁ Θεός.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ξ'.

Ἐάν τις προληφθεὶς, ὀρίσῃ τι πράξαι (89) τῶν μὴ  
ἀρεσκόντων Θεῷ, τί χρὴ μᾶλλον, ἀνατρέψαι τὸ κακῶς  
ὀρισθὲν, ἢ φόβῳ τοῦ ψεύδους τελέσθαι τὴν ἁμαρτίαν.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, Οὐχ ὅτι ἀφ' ἑαυτῶν  
ικανοὶ ἐσμεν λογίσασθαι τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν· καὶ **D**  
αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ὁμολογοῦντος, ὅτι Οὐ δύναμαι ἐγὼ  
ποιεῖν ἀπ' ἑαυτοῦ οὐδέν· καὶ πάλιν· Τὰ ῥήματα,

<sup>53</sup> I Tim. vi, 4. <sup>54</sup> Matth. v, 29, 30. <sup>55</sup> I Cor. vi, 6. <sup>56</sup> Luc. xii, 48. <sup>57</sup> Psal. vii, 10. <sup>58</sup> II Cor.

(85) Combefisius, cui libri veteres non favent, suspicatur legendum esse ἐναριέναι pro ἐπαριέναι. suspicari quoque quispiam possit pro αὐτῷ legendum esse αὐτόν, aut certe verba Græca ita locanda esse, εἰ μᾶλλον αὐτῷ συμφέρει ἐπαριέναι, seu ἐναριέναι.

(86) Reg. primus et Voss. φείσασθαι ἐνός τινος τούτων. Mox Reg. primus, Ἀποστόλου δέ. Mox editiones antiquæ, φύραμα ζυμοῖ. Veteres tres libri

A illo dissidet, juxta illud Apostoli dictum : *Elatus est, nihil sciens* <sup>53</sup>.

## INTERROGATIO LVII.

*Si quis vitio cuiquam inemendabili obnoxius sit, frequentiusque reprehensus lædatur, an eum potius dimitti expediat.*

## RESPONSIO.

Hoc jam alibi dictum est, peccantes cum mansuetudine atque lenitate esse convertendos, eo, quem Dominus indicavit, modo. Quod si ei, ut convertatur, satis non fuerit plurium reprehensio et objurgatio, quemadmodum Corinthio illi : qui ejusmodi est tanquam ethnicus habendus est. Nemini autem ulla ratione tutum fuerit eum qui a Domino condemnatus est, retinere, cum dixerit Dominus <sup>54</sup>, expedire ut quis uno oculo, aut una manu, aut uno pede amisso in regnum ingrediatur, quam si uni ex his pepercerit, totus mittatur in gehennam ignis, ubi est **435** fletus et stridor dentium: et Apostolus testificetur <sup>55</sup>, totam massam modico fermento fermentari.

## INTERROGATIO LVIII.

*An tantummodo is qui de industria mentitus est, judicetur : aut etiam qui nesciens aliquid absolute contra veritatem locutus sit.*

## RESPONSIO.

Judicium Domini etiam de iis qui per ignorantiam peccant manifestum est ex verbis illis : *Qui non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis* <sup>56</sup>. Ubique autem pœnitentia rite et egregie **C** peracta, veniæ spem firmam et stabilem habet.

## INTERROGATIO LIX.

*Si quis cogitaverit duntaxat aliquid facere, nec tamen fecerit : an et ille velut mendax judicetur.*

## RESPONSIO.

Si ex mandato est, quod facere cogitavit, non ut mendax solum, sed ut contumax etiam condemnatur : *Scrutans enim corda et renes Deus* <sup>57</sup>.

## INTERROGATIO LX.

*Si quis præventus constituerit se quidpiam facturum eorum, quæ Deo non placent, magisne convenit abstinere ab eo quod male statutum est, an metu mendacii peccatum committere.*

## RESPONSIO.

Cum Apostolus dicat : *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis* <sup>58</sup> ; item cum Dominus ipse sic confiteatur : *Non possum ego facere a me quidquam* <sup>59</sup> ; et rursus : *Verba*

præter Voss. φύραμα δολοῖ.

(87) Reg. primus, εἰπόντος, ὅτι Ὁ.

(88) Idem. ms. ἡ ἀξιόπιστος μετάνοια.

(89) Rursus idem codex Ἐάν τις προληφθεὶς ὀρίσῃ τι πράξαι. Editi, Ἐάν τις ὀρίσηται τι προληφθεὶς πράξαι, etc., verborum perturbato ordine. Mox duo mss, præter Voss. et Combef. ἀνατρέψαι τὸ κακῶς. Editi. τρέψαι. Haud longe codex Voss. φόβῳ τοῦ ψεύδου.



*quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor*<sup>60</sup>; et alio in loco: *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris*<sup>61</sup>, pœnitentiam agere debet qui est ejusmodi; primum quidem quod aliquid quaecunque tandem fuerit, a seipso audet decernere; neque enim ipsa etiam bona ex propria auctoritate facere oportet: deinde vero, et quidem multo magis, quod præter Dei placita quidpiam statuere veritus non est. Quod autem rescindendum sit, quidquid ex præjudicata opinione statutum est præter præceptum Domini, aperte ostenditur in apostolo Petro, qui præventus apud se statuerat quidem illud: *Non lavabis mihi pedes in æternum*<sup>62</sup>; sed postquam audivit Dominum pronuntiantem: *Si non laverō te, non habebis partem mecum*, confestim mutata sententia dixit: *Domine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput.*

#### 436 INTERROGATIO LXI.

*Si quis neque laborare potest, neque psalmos discere velit, quid de eo fieri debet.*

#### RESPONSIO

Cum Dominus in parabola dixerit de ficu illa infecunda. *Succide illam, ut quid etiam terram occupat*<sup>63</sup>? necesse quidem est providere ei cum omni diligentia: sed, si morem non gerit, id quod de eo qui in peccato perseverat, præscriptum est, etiam erga illum observatur. Quisquis enim bono non dat operam, cum diabolo et angelis ejus condemnatur.

#### INTERROGATIO LXII.

*Quid fecerit quis, ut condemnatur velut qui talentum occultavit.*

#### RESPONSIO.

Quisquis apud seipsum detinet qualemcunque tandem gratiam Dei, ut ea ipse perfruat, non autem alios beneficii hujus facit participes, is velut occultans talentum condemnatur.

#### INTERROGATIO LXIII.

*Quis est, quod cum fecerit quis, condemnatur ut ii qui murmuraverunt contra postremos.*

#### RESPONSIO.

Condemnatur ob suum quisque peccatum: et quidem qui murmuraverint, ob murmurationem. Verum sæpe alii alia de causa murmurant. Hi quidem, quod sibi desint alimenta: ut qui gulosi sint, et ventrem deum faciant: illi vero, quod par cum postremis præmium acceperint, ostendentes invidiam homicidii sociam; alii denique ob aliquam quamvis causam.

<sup>60</sup> Joan. xiv, 10. <sup>61</sup> Joan. vi, 38. <sup>62</sup> Joan. xiii, 8, 9. <sup>63</sup> Luc. xiii, 7.

(90) Pro λαλῶ in antiquo Vossii codice legitur λελάληκα.

(61) Reg. primus, ὅτι καὶ παρὰ.

(92) Reg. primus, δύναται. Mox idem ms. et Voss. ψαλμούς μανθάνειν. Ibidem Reg. primus, βούλεται.

(93) Veteres duo libri, γῆν καταργῆ. Mox codex Combef. μὴ ἀνάσχηται. Haud longe editi, ἐπ' αὐτῷ φυλαχθῆναι. Antiqui duo libri cum Voss. παραφυ-

λάσθηται. (90) Ἐγὼ λαλῶ (90) ὑμῖν, ἀπ' ἑμαυτοῦ οὐ λαλῶ καὶ ἀλλαγῶ λέγοντος, ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς, μετανοῆσαι ὀφείλει ὁ τοιοῦτος· πρῶτον μὲν, ὅτι ἀφ' ἑαυτοῦ τολμᾷ τι ὀρίζειν, οἷον ἂν ἦ· οὐδὲ γὰρ αὐτὰ τὰ καλὰ ἐξ αὐθεντίας ποιεῖν χρή· ἔπειτα δὲ, καὶ σφοδρότερον, ὅτι παρὰ (91) τὸ ἀρέσκον Θεῷ ὀρίσαι οὐκ ἐφοβήθη. Ὅτι δὲ ἀνατρέπειν χρή τὸ παρ' ἐντολὴν τοῦ Κυρίου κατὰ πρόληψιν ὀρίσθην, δείκνυται σαφῶς ἐπὶ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, ὀρισσαμένου μὲν κατὰ πρόληψιν, ὅτι Οὐ μὴ νύψης τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα· ἐπειδὴ δὲ ἤκουσε τοῦ Κυρίου ἀποφηναμένου· Ἐὰν μὴ νύψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ, εὐθύς μεταθεμένου, καὶ εἰπόντος· Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὴν κεφαλὴν.

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΕΑ'.

Ἐὰν τις μῆτε ἐργάζεσθαι δύνηται (92), μῆτε τοὺς ψαλμούς μαθεῖν βούληται, τί χρή αὐτῷ ποιῆσαι.

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τοῦ Κυρίου ἐν παραβολῇ εἰπόντος περὶ τῆς ἀκάρπου συκῆς· Ἐκκοψον αὐτήν, ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργῆ (93): προσάγειν μὲν αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν πᾶσαν ἀναγκαῖον· ἐὰν δὲ μὴ ἀνέχεται, τὸ προστεταγμένον περὶ τοῦ ἐπιμένοντος τῇ ἀμαρτία καὶ ἐπ' αὐτῷ παραφυλαχθῆναι χρή. Καὶ γὰρ ὁ ἀργὸς τοῦ καλοῦ μετὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ κρίνεται.

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΕΒ'.

Τί ἐὰν ποιήσῃ τις ὡς κρύψας (94) τὸ τάλαντον, κατακρίνεται.

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὁ οἰανδῆποτε χάριν Θεοῦ παρακατασχῶν εἰς ὑπόλαυσιν ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἄλλους εὐεργετῶν, ὡς κρύπτων τὸ τάλαντον κατακρίνεται.

#### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΕΓ'.

Τί ἐὰν ποιήσῃ τις, κατακρίνεται, ὡς ἐκεῖνοι οἱ γογγύσαντες κατὰ τῶν ἐσχάτων.

#### ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐκάστος ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ἀμαρτήματι κατακρίνεται καὶ οἱ γογγύσαντες ἐπὶ τῷ γογγυσμῷ. Ἄλλοι δὲ πολλάκις δι' ἄλλην ὑπόθεσιν γογγύζουσιν. Οἱ μὲν γὰρ, ὅτι ἐπέλειψεν αὐτοῖς τὰ πρὸς χορτασίαν, ὡς γαστρίμαργοι καὶ θεοποιοῦντες τὴν κοιλίαν· οἱ δὲ, ὅτι τὰ ἴσα τοῖς ἐσχάτοις ἐτιμήθησαν, φθόνου διδόντες ἀπαδειξιν τοῦ συζύγου τῷ φόνῳ (95)· καὶ ἄλλοι δι' ἄλλο τι.

λαχθῆναι.

(94) Reg. primus, Τί ἂν ποιήσῃ τις καὶ ὡς κρύψας. Mox Colb. κρίνεται. Nec ita multo infra duo mss. ὡς κρύψας τὸ.

(95) Antiqui duo libri perinde ut Voss. τοῦ φόνου. Alii duo mss. et editi τῷ φόνῳ. Ibidem editi καὶ ἄλλοι δὲ ἄλλο. Codex Voss. καὶ ἄλλοι δ' ἄλλο. Unus Combefisianus et Reg. tertius, ἄλλοι δι' ἄλλο, recte.



## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΔ'

A

## INTERROGATIO LXIV.

Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγοντος, « Συμφέ-  
ρει αὐτῷ ἵνα κρεμασθῆ μύλος ὄνικὸς περὶ τὸν  
τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ῥιφή (96) εἰς τὴν θάλασσαν,  
ἢ ἵνα σκανδαλίση ἓνα τῶν μικρῶν τούτων. » τί  
ἐστὶ τὸ σκανδαλίσει; ἢ πῶς αὐτὸ φυλαξώμεθα,  
ἵνα μὴ τὸ οὕτω φοβερὸν κρίμα ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ

Σκανδαλίζει μὲν τις, παρανομῶν λόγῳ ἢ ἔργῳ (97),  
καὶ ἕτερον πρὸς παρανομίαν ἐνάγων, ὡς ὁ ὄφις τὴν  
Εὔαν, καὶ ἡ Εὔα τὸν Ἀδάμ· ἢ κωλύων ποιῆσαι τὸ  
θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς ὁ Πέτρος τὸν Κύριον, εἰπὼν·  
Ἰλεώς σοι, Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο· καὶ  
ἀκούσας· Ὑπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλον  
μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν  
ἀνθρώπων· ἢ οἰκοδομῶν τὸ φρόνημα τοῦ ἀσθε-  
νοῦς (98) εἰς τι τῶν ἀπηγορευμένων, κατὰ τὸ παρά  
τῷ Ἀποστόλῳ γεγραμμένον, εἰπὼντι· Ἐὰν γὰρ τις  
ἴδῃ σέ, τὸν ἔχοντα γνῶσιν, ἐν εἰδωλείῳ κατακεί-  
μενον, οὐχὶ ἢ συνειδήσις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος  
οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν;  
οἷς ἐπιφέρει· Διόπερ (99) εἰ βρώμα σκανδαλίζει  
τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα,  
ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. Γίνεται δὲ  
τὸ σκάνδαλον κατὰ πλείονας αἰτίας. Ἡ γὰρ παρά  
τὸν σκανδαλίζοντα τὸ σκάνδαλον γίνεται, ἢ παρά  
τὸν σκανδαλιζόμενον τὸ σκανδαλισθῆναι συμβαίνει (1).  
Καὶ ἐν τούτοις πάλιν διαφόρως· ποτὲ μὲν γὰρ κατὰ  
ἀπειρίαν ἢ τούτου, ἢ ἐκείνου. Ἔστι δὲ ὅτε ἐν τῇ  
ὀρθοτομίᾳ τοῦ λόγου ἢ τῶν σκανδαλιζομένων κακία ἐκ-  
δηλοτέρα γίνεται· καὶ ἐν τοῖς πράγμασι δὲ (2) ὁμοίως.  
Ἡ γὰρ ἐντολὴν Θεοῦ ποιῶντος, ἢ τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ  
κειμένοις ἐπ' ἀδείας χρωμένου ὁ σκανδαλιζόμενος  
σκανδαλίζεται. Ὅταν μὲν οὖν τοῖς κατ' ἐντολὴν γι-  
νομένοις προσκόπτωσιν ἄνθρωποι, καὶ ἐπὶ τούτοις  
σκανδαλίζωνται (ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τινὲς ἐπὶ τοῖς  
ὑπὸ τοῦ Κυρίου κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς γινο-  
μένοις καὶ λεγομένοις), τότε χρὴ μνημονεύειν τοῦ  
Κυρίου περὶ τῶν τοιούτων ἀποκριναμένου, ἡνίκα (3)  
προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον αὐτῷ· Οἶδας, ὅτι οἱ  
Φαρισαῖοι, ἀκοσαντες τὸν λόγον, ἐσκανδαλί-  
σθησαν; πρὸς οὓς φησι· Πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ  
ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος (4), ἐκριζω-  
θήσεται. Ἄφετε αὐτοὺς· τυφλοὶ εἰσιν ὁδηγοὶ  
τυφλῶν. Τυφλὸς δὲ τυφλὸν εἰν ὁδηγῆ, ἀμφο-  
τεροὶ εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα

*Cum Dominus noster Jesus Christus dicat: « Expedi-  
dit illi ut mola asinaria suspendatur circa col-  
lum ejus, et projiciatur in mare, potius quam  
ut scandalizet unum de pusillis istis<sup>64</sup>: » quid  
est scandalum dare, aut quomodo illud cavea-  
mus, ut ne judicium adeo horrendum subeamus.*

## RESPONSIO.

Sane scandalo est aliquis, cum verbo aut actione  
legem violat, aliumque inducit ad legem perfrin-  
gendam, **437** velut serpens Evam, et Eva Adam:  
ac etiam cum prohibet exsequi voluntatem Dei, ut  
Petrus Dominum, cum dixit: *Propitius sit tibi,  
Domine, non erit tibi hoc<sup>65</sup>*; qui audivit: *Vade  
post me, Satana, scandalum es mihi, quia non sa-  
pis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum<sup>66</sup>*: aut  
quando suscitatur animum infirmi alicujus ad veti-  
tum quiddam, prout ab Apostolo scriptum est, his  
verbis: *Si quis enim viderit te, qui habes scientiam,  
in idolio recubentem, nonne conscientia ejus qui  
infirmus est ædificabitur ad manducandum idolo-  
thyta<sup>67</sup>*? quibus isthæc adjungit: *Quapropter si  
esca scandalizat fratrem meum, non manducabo  
carnem in æternum, ne fratrem meum scandali-  
zem<sup>68</sup>*. Oritur autem scandalum pluribus ex causis.  
Vel enim ex eo qui scandalizat, scandalum nasci-  
tur; aut scandalum proficiscitur ex eo qui scanda-  
lizatur. Ac rursus id in his contingit variis modis;  
aliquando enim ex malitia, aliquando vero ex im-  
peritia vel hujus, vel illius. Interdum etiam in recta  
verbi tractatione, eorum, qui scandalum patiuntur,  
malitia magis declaratur, perinde ut in ipsis rebus.  
Aut enim uno aliquo mandatum Dei faciente, aut  
iis, quæ in sua potestate sita sunt, libere utente,  
scandalizatur qui scandalizatur. Cum itaque de re-  
bus quæ ex mandato fiunt, vel dicuntur offendun-  
tur homines, et de his scandalizantur (ut in Evan-  
gelio quidam de his, quæ a Domino fiebant, et di-  
cebantur ex voluntate Patris), tunc Domini memi-  
nisse operæ pretium est, qui, cum accessissent ad  
se discipuli, ac dixissent: *Scis quod Pharisæi, au-  
dito verbo hoc, scandalizati sunt?* eis de ejusmodi  
hominibus responsum dedit, his verbis: *Omnis  
plantatio quam non plantavit Pater meus cælestis,  
eradicabitur. Sine illos: cæci sunt duces cæcorum.*  
D *Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in fo-*

<sup>64</sup> Matth. xviii, 6. <sup>65</sup> Matth. xvi, 22. <sup>66</sup> ibid. 23. <sup>67</sup> I Cor. viii, 10. <sup>68</sup> ibid. 13.

(96) Sic Vossii liber et alii duo. Alii duo mss. et editi ἔρριπται. Mox duo mss. τὸ σκανδαλίσει. Vocula τὸ deerat in vulgatis. Haud longe, modo in veteribus libris legitur φυλαξώμεθα, modo φυλαξώμεθα. Nec ita multo post Reg. tertius et editi φοβερόν κριτήριο. Alii tres mss. præter Voss. φοβερόν κρίμα.

(97) Codex Colb. Σκανδαλίζει μὲν πᾶς τις ὁ παρά τὸ γεγραμμένον λόγῳ ἢ ἔργῳ παρανομῶν, etc. Reg. primus et Voss. Σκανδαλίζει μὲν τις ἐπ' ἀνόμῳ λόγῳ ἢ ἔργῳ καὶ, etc.

(98) Reg. primus et Colb. τὸ φρόνημα τοῦ ἀσθενοῦς. Statim unus ms. Ἐὰν οὖν τις.

(99) Vox Διόπερ addita est ex antiquis tribus libris.

(1) Sic codices tres. Editi σκανδαλιζόμενον τὸ σκάνδαλον συμβαίνει.

(2) Ita Vossii codex et alii tres. Vocula δὲ aberat ab excusis. Ibidem Reg. primus et Voss. τοῦ Θεοῦ. Mox duo mss. ἐπ' ἀδεία.

(3) Editi τότε μνηστέον τοῦ Κυρίου τοῦ ἀποκριναμένου, ἡνίκα. Codex Voss. et alii nonnulli ut in contextu.

(4) Reg. primus, μου ἐπουράνιος. Haud longe voculam δὲ addidimus ex duobus codicibus.



*veam cadent*<sup>69</sup>. Et multa hujuscemodi poterit quis invenire tum in Evangeliiis, tum apud Apostolum. Cum vero ob ea quæ in potestate nostra posita sunt, offenditur quis, aut scandalum patitur, tunc revocanda sunt in memoriam hæc Domini ad Petrum verba, quando dixit: *Ergo liberi sunt filii; ut autem non scandalizemus eos, profectus ad mare mitte hamum: et eum piscem qui primus ascenderit, tolle: et aperto ore ejus, invenies staterem; illum sumens, da eis pro me et te*<sup>70</sup>, item quæ ab Apostolo ad Corinthios scripta sunt his verbis: *Non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem*<sup>71</sup>; ac rursus: *Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur*<sup>72</sup>. Quam autem metuendum sit in iis, quæ videntur sita esse in potestate nostra, aspernari fratrem qui ob hæc scandalo afficitur, ostendit præceptum Domini, qui in universum prohibet **438** omne scandali genus, ac dicit<sup>73</sup>: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est*. Quin et idem testatur Apostolus, qui quidem modo dicit<sup>74</sup>: *Sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum*: modo vero hoc delictum vehementius interdicit verborum apparatu uberiore, ubi ait: *Si quis enim viderit te, qui habes scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia ejus, qui infirmus est, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est*<sup>75</sup>. Quibus adjungit: *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter, si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem*<sup>76</sup>. Et alio in loco postquam dixit: *An ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi*<sup>77</sup>? subinde adjungit: *Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi*<sup>78</sup>. Cæterum, cum rem ita horrendam esse demonstratum sit, in iis quæ in potestate nostra posita sunt, fratri esse exemplo malo, quidnam possit quis de iis dicere, qui vetita faciendo aut loquendo dant scandalum? et maxime, cum aut scientia majore præditus esse videtur qui est offensionis, aut constituitur in aliquo gradu sacerdotali: qui cum debeat aliis esse præpositus velut regula et exemplar, si vel minimum quid neglexerit eorum quæ scripta sunt, aut fecerit prohibitum quiddam aut aliquid quod præceptum sit omiserit, aut uno

καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, καὶ παρὰ τῶ Ἀποστόλου εὗροι τις ἄν. Ὅταν δὲ ἐπὶ τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ ἡμετέρας κειμένοις προσκόπη τις, ἢ σκανδαλίζηται, εἰς ἀνάμνησιν ἔλθειν δεῖ τότε τῶν τοῦ Κυρίου (5) πρὸς τὸν Πέτρον ῥημάτων, εἰπόντος· Ἄρα γε ἐλεύθεροὶ εἰσιν οἱ υἱοὶ· ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτούς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν, βάλῃ ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβαίνοντα (6) πρῶτον ἰχθύν ἄρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὐρήσεις στατήρα· ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ· καὶ τῶν τοῦ Ἀποστόλου πρὸς Κορινθίους γραμμάτων, ἐν οἷς φησιν· Οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω· καὶ πάλιν· Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ. Ὅπως δὲ ἐστὶ φοβερὸν τὸ ἐπὶ τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ κείσθαι δοκοῦσι περιορᾶν τὸν ἀδελφόν σκανδαλιζόμενον ἐν τούτοις (7), δείκνυσι μὲν ἡ τοῦ Κυρίου παραγγελία, καθόλου πάντα σκανδαλισμοῦ τρόπον ἀπαγορεύοντος, καὶ λέγοντος· Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἐνός τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντός βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος (8) λέγων ποτὲ μὲν· Ἄλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῶ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον· ποτὲ δὲ διὰ περισσοτέρας κατασκευῆς σφοδρότερον ἀπαγορεύων τὸ ἄτοπον, δι' ὧν φησιν· Ἐὰν γὰρ τις ἴδῃ σέ, τὸν ἔχοντα γνώσιν, ἐν εἰδωλείᾳ κατακείμενον, οὐχὶ ἢ συνειδήσις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; καὶ ἀπολείται (9) ὁ ἀσθενῶν ἀδελφός ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανεν. Οἷς ἐπιφέρει· Οὕτω δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφούς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνειδήσιν ἀσθενοῦσαν (10), εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. Διόπερ εἰ βρωμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. Καὶ ἄλλαχού, εἰπὼν· Ἡ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; ἐξῆς ἐπιλέγει· Ἄλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, ἀλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπῆν τινα δώμεν τῶ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Οὕτω δὲ φοβεροῦ δειχθέντος τοῦ ἐπὶ τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ κειμένοις σκανδαλίζειν τὸν ἀδελφόν, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν ἐν τῇ τὰ ἀπαγορευμένα ποιεῖν ἢ λέγειν σκανδαλιζόντων; καὶ μάλιστα ὅταν ἡ γνώσιν ἔχων περισσοτέραν φαίνεται ὁ σκανδαλίζων, ἢ ἐν βαθμῶ ἐξετάζεται ἱερατικῶ· ὅς, ὡσπερ κανὼν καὶ τύπος ὀφείλων προκεῖσθαι τοῖς ἄλλοις, κἂν βραχὺ τι παρίδῃ τῶν γεγραμμένων, ἢ πράξας τὸ κερκωλυμένον, ἢ ἐλλιπῶν τὸ προστεταγμέ-

<sup>69</sup> Matth. xv, 12-14. <sup>70</sup> Matth. xvii, 25, 26. <sup>71</sup> I Cor. viii, 13. <sup>72</sup> Rom. xiv, 21. <sup>73</sup> Matth. xviii, 10. <sup>74</sup> Rom. xiv, 13. <sup>75</sup> I Cor. viii, 10, 11. <sup>76</sup> ibid. 12, 13. <sup>77</sup> I Cor. ix, 6. <sup>78</sup> ibid. 12.

(5) Editi, τῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Antiqui tres libri τῶν τοῦ, rectius.

(6) Codex Voss. τὸν ἀναβαίνοντα.

(7) Reg. tertius ἐπὶ τούτοις.

(8) Codex Colb. ἀπόστολος Παῦλος. Aliquanto post Reg. primus τῶ ἀδελφῷ εἰς σκάνδαλον.

(9) Editi et Reg. tertius ἀπόλλυται, perit. Alii duo mss. perinde ut textus sacer, cui vulgata consentit, ἀπολείται, peribit.

(10) Ita Vossii codex et alii tres. Vox ἀσθενοῦσαν deest in vulgatis. Nec ita multo post codex Colb. μὴ μόνος ἐγὼ.



νον ἢ ὅπως ἐφησυχάσας τινὶ τοιούτῳ καὶ ἐν τούτῳ ἄνθρωπος τοσοῦτον ἔχει τὸ κρίμα, ὥστε τὸ αἷμα τοῦ ἁμαρτάνοντος, φησὶν, ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐκζητηθήσεται.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΕ΄.

Ἡὼς τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ τις κατέχει.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ὅταν (11) τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένοις ἀγαθοῖς εἰς τὰ ἴδια θελήματα καταχρησῆται, ὅπερ ἀπρηνήσατο ὁ Ἀπόστολος εἰπὼν· Οὐ γὰρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν· Οὔτε γὰρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγεννηθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε ἐν (12) προφάσει πλεονεξίας. Θεὸς μάρτυς· οὔτε ζητοῦντες, ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπὸ ἄλλων.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΖ΄.

Τί ἐστὶν ἔρις, καὶ τί ἐστὶν ἐριθεία.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐρίς μὲν ἐστὶν, ὅταν τις, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐλάττω φωνῆσαι τινος, σπουδάζῃ ποιεῖν τι· ἐριθεία δὲ τὸ ἐξ ὧν ποιεῖ τις ἐπιδεικτικῶς ἢ κενοδοξῶς προκαλεῖσθαι, καὶ ἐρεθίζειν ἄλλους (13) εἰς τὰ ὅμοια· Καὶ γὰρ ὁ Ἀπόστολος, ποτὲ μὲν ἐριθείας μνημονεύων, τὴν κενοδοξίαν ἐπισυνάπτει, εἰπὼν, Μηδὲν κατ' ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν· ποτὲ δὲ κενοδοξίαν προτάξας, μετὰ ταύτης καὶ τὴν ἐριθείαν ἐτέρῳ ὀνόματι ἀπαγορεύει, λέγων· Μη γινώμεθα (14) κενόδοξοι ἀλλήλους προκαλούμενοι.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΖ΄.

Τί ἐστὶν ἀκαθαρσία, καὶ τί ἐστὶν ἀσελγεία.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Τὴν μὲν ἀκαθαρσίαν ὁ νόμος ἐδείξε (15), χρυσάμενος τῷ ὀνόματι ἐπὶ τῶν ἀκουσίως ἐκ φυσικῆς ἀνάγκης συμβαινόντων· τὴν δὲ ἀσελγείαν δοκεῖ μοι ἐμφαίνειν (16) ὁ σοφώτατος Σολομών, ἡδὺν καὶ ἀνάληγτον ὀνομάσας· ὡς εἶναι τὴν ἀσελγείαν διαθέσιν ψυχῆς μὴ ἔχουσαν (17) ἢ μὴ φέρουσαν ἄλγος ἀθλητικόν· ὡσπερ καὶ ἀκρασία ἐστὶν ἢ μὴ σχοῦσα κράτος κατὰ τῶν ἐνοχλουσῶν ἡδονῶν.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΗ΄.

Τί ἴδιον θυμοῦ, καὶ τί ἴδιον ἀγανακτήσεως εὐλόγου, καὶ πῶς πολλάκις ἀπὸ ἀγανακτήσεως ἀρχόμενοι (18), εὐρισκόμεθα θυμούμενοι.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Θυμοῦ ἴδιον ὄρμη ψυχῆς ἐν μελέτῃ κακώσεως

<sup>79</sup> Ezech. iii, 18. <sup>80</sup> II Cor. ii, 17. <sup>81</sup> I Thess. ii, 5, 6. <sup>82</sup> Philipp. ii, 3. <sup>83</sup> Galat. v, 26

(11) Sic mss. non pauci, non ut vulgati ὅταν τις.

(12) Vocula ἐν adjecta est ex Colbertino.

(13) Reg. primus et Voss. καὶ ἐρεθίζειν καὶ ἄλλους.

(14) Reg. primus μὴ γενώμεθα.

(15) Codex Colb ὁ νόμος ἐδίδαξεν.

(16) Editi ἐμφαίνειν, Antiqui tres libri cum Voss. ἐμφαίνειν. Mox Colb. ἡδὺν καί, etc. Alii mss. ἡδὺν. Basilius respicere videtur ad illud Prov. xiv, 23: Ὁ δὲ ἡδὺς καὶ ἀνάληγτος ἐν ἐνδείᾳ ἐστὶν, *Jucundus autem*

A verbo indifferenter et silentio tulerit quidvis hujusmodi, judicio tanto vel ob hoc unum obnoxius est, ut sanguis illius qui peccavit, inquit<sup>79</sup>, ex manibus ipsius requiratur.

## INTERROGATIO LXV.

Quomodo quis veritatem detinet in injustitia.

## RESPONSIO.

Quando datis a Deo bonis abutitur ad suas ipsius voluntates: quod respuit Apostolus his verbis: *Non enim sumus, sicut plurimi, adulterantes verbum Dei*<sup>80</sup>: ac rursus: *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis*<sup>81</sup>.

## B INTERROGATIO LXVI.

Quid est æmulatio, et quid contentio

## RESPONSIO

Sane æmulatio est, cum quis, ne altero videatur esse inferior, aliquid studet facere; contentio autem est, alios per ea quæ quis facit, cum ostentatione atque jactantia provocare et exstimulare ad similia. Nam aliquando **439** Apostolus, facta contentionis mentione, continenter adjungit inanem gloriam, his verbis: *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam*<sup>82</sup>: aliquando vero inani gloria prius memorata, una cum hac prohibet quoque contentionem alio nomine, inquit<sup>83</sup>: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes.*

## INTERROGATIO LXVII.

C Quid est immunditia, et quid impuritas.

## RESPONSIO.

Immunditiam quidem lex indicavit, cum in rebus quæ ex naturali necessitate præter voluntatem accidunt, vocem illam usurpavit: impuritatem vero designare mihi videtur Salomon sapientissimus, cum indulgentem voluptati et doloris expertem nominat, sic ut impuritas sit animi affectio, quæ non habet, vel non fert dolorem athleticum: quemadmodum incontinentia est, quæ non habet imperium in eas quæ infestant voluptates.

## INTERROGATIO LXVIII.

D Quid est furoris proprium, et quid proprium æquæ indignationis, et quomodo plerumque exorsi ab indignatione, in furorem incidisse deprehendimur.

## RESPONSIO.

Furoris proprium est animæ impetus cum con-

*et dolore carens in egestate erit.*

(17) Reg. primus διαθέσιν ψυχῆς μὴ ἔχουσα. Nec ita multo post alii duo mss. cum Voss. ἢ μὴ ἔχουσα

(18) Edii et Reg. primus δῆθεν ἀρχόμενοι. Vocem primam uti superfluum delevimus, veterum duorum librorum auctoritate innixi. Mox Reg. primus et Voss. θυμοῦ μιν. Statim iidem mss. κατὰ τοῦ παροξύνοντος.



silio opprimendi ejus qui irritavit; indignationis autem, quæ prudens sit, proprium fuerit, sibi emendationem peccantis proponere, ex affectu rem factam ægre ferente. Porro animum a bono exordientem delabi in malum, nihil mirum est: quippe a quolibet plura hujusmodi possunt reperiri. Quapropter operæ pretium est meminisse Scripturæ divinæ, quæ sic habet: *Juxta iter scandala posuerunt mihi*<sup>84</sup>; et iterum: *Si autem et certet aliquis, non coronatur, nisi legitime certaverit*<sup>85</sup>; est autem ubique cavenda nimietas, importunitasque ac perturbatio. Nam ea de causa unumquodque eorum quæ memorata sunt, quanquam bonum esse videtur, sæpenumero in malum degeneravit.

## INTERROGATIO LXIX.

*Qui non minus edit quam cæteri, neque est fracto et invalido corpore, cujusque morbi non cognoscuntur, conqueritur tamen se laborare non posse, quomodo agendum cum illo sit.*

## RESPONSIO.

Omnis prætextus segnitiei prætextus est peccati; nam ad mortem usque par est studium sicut et patientiam ostendere. Quod **440** autem segnitie nequitie conjuncta segnem ac pigrum condemnet, planum est verbis Domini, qui dixit<sup>86</sup> *Servemale et piger.*

## INTERROGATIO LXX.

*Quomodo tractandus sit qui abutitur vestibus aut calcreamentis; cum enim reprehenditur, nimiam parcitatem et murmurationem in reprehendente suspicatur. Quod si permaneat in eodem proposito post alteram tertiamve admonitionem idoneam, quid huic facere conveniat.*

## RESPONSIO.

Abusum amandat Apostolus, cum ait: *Tanquam utentes mundo hoc, et non abutentes*<sup>87</sup>. Usus enim mensura est utendi necessitas inevitabilis: usus vero qui necessitatem excedit, aut avaritiæ, aut voluptatis, aut vanæ gloriæ morbo obnoxius est. Cæterum qui perseverat in peccato, is subit judicium idem, quod qui pœnitentiam non agit.

## INTERROGATIO LXXI.

*Sunt qui in cibis suavitate consecantur magis quam copiam: alii vero copiam magis quam suavitatem satietatis causa exoptant: qui igitur utrique tractandi sunt.*

## RESPONSIO.

Ægrotant utrique, hi voluptate, illi immodica aviditate. Neque vero voluptarius, neque is qui plus æquo in quacunque re avidus est, vitat condem-

κατὰ τοῦ παροξύναντος ἀγανακτήσεως δὲ ἐπιστήμονος ἴδιον σκοπὸς διορθώσεως τοῦ ἡμαρτηκότος ἀπὸ διαθέτου ἀπχριστικῆς τῷ γενομένῳ (19). Τὸ δὲ ἀπὸ καλοῦ ἀρχομένην ψυχὴν ἐκπίπτειν εἰς κακόν, οὐδὲν παράδοξον· πολλὰ γὰρ ἂν τις εὖροι τοιαῦτα. Διόπερ μνημονεύειν χρὴ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς λεγούσης· Ἐχόμενα τρίβου σκάνδαλα ἔθενθό μοι· καὶ πάλιν· Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῆ τις, οὐ στεφανοῦται, εἰ μὴ νομίμως ἀθλήσῃ· καὶ φυλάσσεσθαι πανταχοῦ τὴν τε ἀμετροίαν (20) καὶ τὴν ἀκαιρίαν, καὶ τὴν ἀταξίαν. Παρὰ γὰρ τὴν αἰτίαν τῶν εἰρημέων ἕκαστον, καὶ τὸ δόξαν εἶναι καλόν, πολλάκις εἰς κακόν μετέπεσεν.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΘ'.

Τὸν μὴ ἔλαττον ἐσθίοντα τῶν λοιπῶν (21), μήτε σῶμα ἔχοντα κατεδῶριμένον, μήτε ἐμπαθῆ γνωρίζομενον, ἀδυναμίαν δὲ πρὸς τὸ ἔργον ὀδυρόμενον, πῶς δεῖ μετέρχεσθαι.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Πᾶσα προφασίς ἀργίας πρόφασίς ἐστὶν ἀμαρτίας· τὴν γὰρ σπουδὴν μέχρι θανάτου, ὡσπερ καὶ τὴν ὑπομονὴν, ἐπιδεικνυσθαι χρὴ. Ὅτι δὲ ἡ ὀκνηρία τῇ ποιηρίᾳ συνεξευγμένη κατακρίνει τὸν ὀκνηρὸν ἐκ τῶν (22) τοῦ Κυρίου ῥημάτων φανερόν, εἰπόντος· Δούλε πονηρὲ καὶ ὀκνηρὲ.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ο'.

Τὸν παραχρῶμενον τοῖς ἱματίοις ἢ τοῖς ὑποδήμασι πῶς δεῖ μετέρχεσθαι· ἐγκαλούμενος γὰρ, μικρολογίαν τοῦ ἐγκαλοῦντος καὶ γογγυσμὸν ὑποπτέυει. Εἰ δὲ μετὰ τὴν προσήκουσαν δευτέραν καὶ τρίτην παράκλησιν τοῖς οὗτοις ἐπιμένει, τί χρὴ αὐτῷ ποιεῖν (23).

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἐκβάλλει τὴν παράχρησιν ὁ Απόστολος εἰπών· Ὡς χρῶμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ μὴ παραχρῶμενοι (24). Τῆς γὰρ χρήσεως τὸ μέτρον ἢ ἀπαραίτητος ἀνάγκη τῆς χρείας· ἢ δὲ ὑπὲρ τὴν χρείαν ἢ πλεονεξίας, ἢ φιληθονίας, ἢ κενοδοξίας ἔχει τὴν νόσον· Ὁ δὲ ἐπιμένων τῇ ἀπαρτίᾳ ἔχει τὸ κρίμα τοῦ μὴ μετανοοῦντος.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΑ'.

Εἰσὶ τινες οἱ πρὸ πλείονος τὸ ἡδύτερον τῶν ἔδεσμάτων ἐπιζητοῦντες· ἄλλοι δὲ τὸ πλεῖον μᾶλλον ἢ τὸ ἡδύ διὰ τὸν κόρον θέλουσιν· πῶς οὖν ἀμφοτέρους πληροφροεῖν (25) χρὴ.

## ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Ἀμφοτέροι νοσοῦσιν· ὁ μὲν τὴν φιληθονίαν, ὁ δὲ τὴν πλεονεξίαν. Οὔτε δὲ ὁ φιληθόνος οὔτε ὁ πλεονεξίτης ἐν οἰωδῆποτε (26) πράγματι ἐκτός κατακοί-

<sup>84</sup> Psal. cxxxix, 6. <sup>85</sup> II Tim. ii, 5. <sup>86</sup> Matth. xxv, 26. <sup>87</sup> I Cor. vii, 3

(19) Unus ms. τῷ γεγεννημένῳ.

(20) Unus ms. Combe. τὴν γε ἀμετροίαν.

(21) Vetus Vossii liber et alii duo ἐσθίοντα τῶν ἄλλων. Mox Reg. p̄ unus μήτε ἐν πάθει γνωρίζομενον. Hoc ipso in loco mss. tres præter Voss. ἀδυναμίαν δὲ Editi et Reg. tertius ἀδυναμίαν δὲ.

(22) Editi καὶ τῶν. Veteres duo libri præter Combe. ἐκ τῶν.

(23) Reg. p̄rius Τὸς παραχρῶμενους ἱμάτιον ἢ ὑπόδημα πῶς δεῖ μετέρχεσθαι· ἐγκαλούμενοι γὰρ.

γογγυσμὸν ὑποπτέουσιν... τοῖς οὗτοις ἐπιμένειν, τί χρὴ ποιεῖν. Codex Colb. Τὸς παραχρῶμενους τοῖς ἱματίοις ἢ τοῖς ὑποδήμασι... ἐπιμένειν, τί χρὴ ποιεῖν (24) Reg. p̄rius καὶ μὴ καταχρῶμενοι.

(25) Veteres duo libri ἀμφοτέρους πληροφροεῖν.

(26) Vossii vetus liber ἐν ὧ δῆποτε. Mox Reg. tertius et editi ἐκτός κατακοίσεως. Ὡς εὐσπλάγγως ἐπιμεληθῆναι χρὴ. Εἰ δὲ. Alii duo mss. cum Voss. ut in contextu.



σεώς ἐστίν. Ἀμφοτέρων οὖν εὐσπλαγγῶς ἐπιμεληθῆναι ἅμα τὴν νόσον, φανερόν τὸ κρίμα τῶν μὴ μετανοούντων.

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΟΒ΄.

Ἐάν τις περὶ τὴν μετάληψιν ἐν ἀδελφότητι ἀσέμνως ἀναστρέφεται (27) λαβροτερον ἐσθίων ἢ πίνων, εἰ δεῖ αὐτὸν ἐλέγχεσθαι.

## ΑΗΟΚΡΙΣΙΣ.

